& cito deficiunt. bona vero spiritualia sunt in corruptibilia. sed quo ad nos delectationes corporales sunt magis vehementes propter tria. Primo quia sensibilia sunt magis nota quo ad nos quam intelligibilia. Secundo etiam quia delectationes sensibiles cum sint passiones appetitus sensitivi. sunt cum aliqua transmutatione corporali quod non contingit in delectationibus spiritualibus nisi per quandam redundantiam a superiori appetitu inferiori. Tertio quia delectationes corporales appetuntur. ut medicine quedam contra corporales defectus vel molestias. ex quibus tristitia quedam consequuntur. unde delectationes corporales tristitiam huiusmodi superuenientes magis sentiunt. & consequens magis acceptant quam delectationes spirituales que non habent tristitias contrarias. ideo autem plures consequuntur delectationes corporales. quia bona sensibilia sunt magis. et pluribus nota. & quia homines indigent delectationibus. ut medicina contra multiplices dolores. & tristitia. similiter cum plures homines non possint attingere ad delectationes spirituales que sunt proprie virtuosorum. conueniens est quod declinent ad corporales. **A**d sextum scilicet verum delectationes que sunt secundum tactum sunt maiores delectationibus secundum alios sensus. dicitur quod sicut dicitur est unumquodque quantum amat efficitur delectabile. sensus autem ut dicitur in principio meth. diliguntur propter duo scilicet propter cognitorem & propter utilitatem. unde & utroque modo contingit esse delectationem secundum sensum. sed quia apprehendere ipsam cognitionem tanquam proprium bonum quoddam est hominis. ideo prime delectationes sensuum que sunt secundum cognitionem sunt proprie hominum. delectationes autem sensuum in quantum diliguntur propter utilitatem sunt communes omnibus animalibus. **S**i igitur loquamur de delectatione sensus que est ratione cognitionis. manifestum est quod secundum visum est maior delectatio quam secundum alium sensum. si autem loquamur de delectatione sensus que est ratione utilitatis. sic maxima delectatio est secundum tactum. utilitas enim sensibilibus attenditur secundum ordinem ad conseruationes nature animalis. **A**d hanc autem utilitatem propinquius se habent sensibilia tactus. est enim tactus cognoscitius eorum ex quibus consistit anima scilicet calidi & frigidi & huiusmodi. unde secundum hoc delectationes que sunt secundum tactum sunt maiores quam fini propinquiores. & propter hoc etiam alia animalia que non habent delectationem secundum sensum nisi ratione utilitatis non delectantur secundum alios sensus. nisi in ordine ad sensibilia tactus. neque enim odoribus leporum canes gaudent. sed cibatione. neque leo gaudet voce bouis sed comestione. ut dicitur in tertio. ethi. **C**um ergo delectatio tactui sit maxima ratione utilitatis. delectatio autem visus ratione cognitionis. si quis utrumque comparare velit inueniet simpliciter delectationem tactus esse maiorem delectatione visus. secundum quod consistit infra limites sensibilibus delectationis. quia manifestum est quod id quod est naturale in unoquoque est potentissimum. huiusmodi autem delectationes tactus sunt ad

quas ordinantur concupiscentie naturales. sicut cibi & venerea & huiusmodi. sed si consideremus delectationes visus secundum quod visus deseruit intellectui. sic delectationes visus erunt potiores ea ratione que intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus. **A**d septimum scilicet verum sit aliqua delectatio naturalis. dicitur quod naturale dicitur quod est secundum naturam. ut dicitur in ii. phi. **N**atura autem in homine dupliciter sumi potest. uno modo pro intellectus & ratio est potissime natura hominis. quia secundum eam homo in specie potissime constituitur. & secundum hoc naturales delectationes hominis dici possunt. que sunt in eo que contingit ei secundum rationem sicut delectari in contemplatione veritatis & in actibus virtutum est naturale homini. **A**lio modo potest sumi natura in homine. secundum quod diuiditur rationi illud scilicet quod est commune homini & aliis precipue quod rationi non obedit. & secundum hoc ea que pertinent ad conseruationem corporis vel secundum indiuiduum. ut cibus potus lectus et huiusmodi. vel secundum spiritum sicut venereorum usus dicuntur homini delectabilia naturaliter. secundum utramque autem delectationes contingit aliquas esse innaturales simpliciter loquendo. sed naturales secundum quid. contingit enim in aliquo indiuiduo corrumpi aliquid quod principio naturalium spirituum. & sic id quod est contra naturam speciei potest fieri per accidens naturale huic in diuiduo. sicut huic aque calefacte est naturale quod calefaciat. **I**ta igitur contingit quod id quod est contra naturam hominis. vel quantum ad rationem vel quantum ad corporis conseruationem fiat huic homini connaturale. propter aliquam corruptionem nature in eo existentem que quidem corruptio potest esse. vel ex parte corporis siue ex egritudine. sicut febrientibus dulcia videntur amara & econuerso. vel propter malam complexionem. sic aliqui delectantur in comestione terre. vel carbonum vel aliquorum huiusmodi. vel etiam ex parte anime sicut propter consuetudinem aliqui delectantur in comedendo homines. vel in coitu bestiarum aut masculorum aut aliquorum huiusmodi que non sunt secundum naturam humanam. **A**d octauum scilicet verum delectationi sit aliqua delectatio contraria. dicitur quod delectatio in affectionibus anime sicut dicitur est proportionata quieti in corporibus naturalibus. dicuntur autem due esse quietes contrarie que sunt in contrariis terminis. sicut quies que est sursum ei que est deorsum. ut dicitur in v. phi. unde & contingit in affectibus anime duas delectationes esse contrarias.

#### DE CAUSIS DELECTATIONVM. DIS. XVI.

**Q**uando considerandum est de causis delectationis. **E**t circa hoc queruntur octo. **P**rimo utrum operatio sit propria causa delectationis. **S**ecundo utrum motus sit causa delectationis. **T**ertio utrum spes & memoria. **Q**uarto utrum esticia. **Q**uinto utrum actiones aliorum sint nobis delectationis causa. **S**exto utrum benefacere alteri sit causa delectationis. **S**eptimo utrum similitudo sit causa delectationis. **O**ctauo utrum admiratio sit causa

delectationis. **A**d primum scz utrū operatō sit causa delectatōis. dicendū q̄ sicut supra dīctū est. ad delectatōem duo requirunt scz cognitio boni cōueniētis & cognitio huiusmōi adeptōis. utriq̄z autē hōz in quadā comparatōe cōsistit. nam actualis cognitio opatō quedam est. similis autē bonū cōueniēs adipiscimur aliqua opatiōe. ipsa autē operatio ppria est quodam bonum cōueniens. unde oportet q̄ omīs delectatio aliquā opatiōem consequat̄. **A**d secundū scz utrū motus sit causa delectatōis dicendū q̄ ad delectatiōem tria requirunt scz duo. quoz coniuñctio ē delectabilis. & terciū qd̄ est cognitio huiusmodi coniūctiois. et s̄m hec tria motus efficiēt delectabilis ut p̄s dicit in .vii. ethi. & in primo reth. Nam ex pre nra qui delectamur trāsmutatio nobis efficiēt delectabilis. p̄pter hoc q̄ natura nra trāsmutabilis est. & p̄pter hoc q̄ est nobis cōueniens nunc. non erit nobis cōueniēs postea. sicut calefieri ad ignē est cōueniēs homī in hyeme. nō autē in estate. ex pre vero boni delectantis qd̄ nobis cōiungit̄. fit etiā trāsmutatio delectabilis. quia actio cōtinuata alicuius agētis auget effectum. sicut cum aliq̄s diutius appropinquat igni magis calefit et desiccāt. naturalis autem habitudo in quadam mensura consistit. & ideo q̄ cōtinuata p̄sentia delectabilis super excedit mēsurā naturalis habitudis. efficitur remotio eius delectabilis. ex pre vero ipius cognitōis. qz hō desiderat cognoscē aliq̄ totū et p̄fectum. cum ergo nō potest aliqua nunc app̄hēdere tota simul delectat̄ in hiis trāsmutatio ut vnum transeat & sic totum sentiat̄ unde Augu<sup>9</sup>. dicit in .iiii. cōfess. nō vis utiq̄ stare syllabā sed trāsuolare ut alie ueniāt & totū audias. Ita semp omnia ex q̄bus unū aliquid cōstat. & n̄ sunt oīa simul. plus delectant oīa q̄m singla si possint sentiri oīa. si ergo sit aliqua res cuius natura sit it̄rāsmutabilis. et nō possit in ea fieri excessus naturalis habitus p̄ cōtinuationē delectabilis. & que possit totum suū delectabile siml moueri. nō erit ei trāsmutatio delectabilis. & quāto aliq̄ delectationes plus ad hec accedūt tanto plus cōtinuare possūt. **A**d terciū scz utrū spes & memoria sine causa delectatōis. dicendū q̄ delectatio causat̄ ex p̄sentia boni cōuenientis secundū q̄ sentit̄ uel qualitercūq̄ percipit̄. Est autē aliquid p̄sens nobis dupliciter. vno modo s̄m cognitōem. p̄p̄t scz cognitum est in cognoscēte secundum suam similitudinē. Alio modo secundū rem. p̄ ut scz vnū alteri realiter cōiungit̄ nel actu uel potentia secundū quēcunq̄ cōiūctiois modum. et quia maior est cōiūctio s̄m rem q̄m secundū similitudinē. que est cōiūctio cōiūctiois. Item quia maior est cōiūctio rei in actu q̄m in potētia. ideo maxima est delectatio que fit per sensum q̄ requirit p̄sentiam rei sensibilis. secundū autē gradū tenet delectatio spei in qua nō solum ē cōiūctio delectabilis s̄m app̄hensionē. sed etiā secundum facultatē uel

potestatē adipiscēdi bonū qd̄ delectat. Terciū autē gradum tenet delectatio memorię q̄ habz solam cōiūctioē app̄hensionis. **A**d quartū scz utrum tristitia sit causa delectatōis. dicendū q̄ tristitia potest dupliciter cōsiderari. vno modo secundū q̄ est in actu. alio modo secundū q̄ est in memoria. & utroq̄ modo potest esse tristitia causa delectatōis. tristitia siquidē in actu existēs est causa delectatōis inquantū facit memoriā rei dilectę de cuius absentia aliquis tristat̄. & etiā de sola eius app̄hēsiōe delectat̄. memoria autē tristitię fit delectabilis. p̄pter sequentē euasiōē. nam carere malo accipiēt in ratione boni. unde secundū q̄ homo app̄hēdit se euasisse ab aliq̄bus tristibus & dolorosis accrescit ei gaudiū materia. secundū q̄ August. dicit. xxii. de ciuitate dei. q̄ sepe leti tristitium meminimus & sani dolor sine dolore. & inde amplius leti et grati sum<sup>9</sup>. et in viii. confes. dicit. q̄ quāto maius piculū fuit in p̄lio tanto erit maius gaudiū in triumpho. **A**d quintū scz utrū actiones alioz sint nobis causa delectatōis. dicendū q̄ sicut iam dictum ē ad delectatōem duo requirunt scz cōsequutio p̄p̄rii boni & cognitio p̄p̄rii boni cōsequuti tripliciter igit̄ opatiō alterius potest esse delectationis causa. vno modo inquantū p̄ operationem alicuius cōsequimur aliquod bonū. & secundū hoc opationes illoz qui nobis aliq̄ bonū faciūt. sunt nobis delectabiles. qz bene pati ab alio est delectabile. Alio modo secundū qd̄ p̄ operationes alioz efficiēt nobis aliqua cognitio uel estimatio. p̄p̄rii boni. & p̄pter hoc homines delectant̄ in hoc qd̄ laudant̄ uel honorant̄ ab aliis. quia scz p̄ hoc accipiūt estimatiōem in seipsis esse aliquod bonū. & qz ista estimatio fortius generat̄ ex testimoio bonorum & sapientū. Ideo in hōz laudibus & honorib<sup>9</sup> homines magis delectant̄. & quia adulator est apens laudator. p̄pter hoc etiā adulationes sunt aliquib<sup>9</sup> delectabiles. & qz amor est alicuius boni. & admiratio est alicui<sup>9</sup> magni. idcirco amari ab aliis & in admiratiōe haberi. est delectabile. inquantū p̄ hoc homini fit estimatio p̄p̄rię bonitatis uel magnitudinis in quibus aliquis delectat̄. Tercio modo inquantū ipse opationes alioz si sint bone estimant̄. ut bonū p̄p̄rium. p̄pter vim amoris q̄ facit estimare amicū quasi eūdem sibi. & per odiū quod facit estimare bonū alteri<sup>9</sup> esse sibi cōtrariū efficiēt mala opatiō inimici delectabilis unde dicit̄. i. cor. xiii. q̄ caritas non gaudet sup iniquitate. sed gaudet ueritatē. **A**d sextum scz utrum benefacere alteri sit causa delectationis. dicendū q̄ hoc ipm quod ē benefacere alteri potest triplici ratōe esse delectatōis causa. vno modo p̄ cōparatōem ad effectū qd̄ est bonū in altero cōstitutū. & secundū hoc inquantū bonū alterius reputamus. q̄si bonū nrm p̄p̄riū vnionē amoris. delectamur in bono quod p̄ nos fit aliis p̄cipue amicis. sicut in bono p̄p̄rio. Secūdo p̄ comparationem ad finem. sic cū

aliquis per hoc quod alteri benefacit sperat consequi aliquod bonum sibi ipsi uel a deo uel ab homine. spes autem est delectationis causa. Tertio modo per compassionem ad principium. & sic hoc quod est benefacere alteri potest esse delectabile per comparationem ad triplex principium quorum unum est facultas benefaciendi. & hoc benefacere alteri fit delectabile in quantum per hoc fit homini quidam ymaginatio abundantis boni in seipso existens. ex quo possit aliis communicare. & ideo homines delectantur in filiis & in propriis opibus. sic quibus communicant proprium bonum. Aliud principium est habitus inclmans secundum quem benefacere est alicui conaturalis. unde liberales delectabiliter dant aliis. Tertium principium est motuum. puta cum aliquis mouetur ab aliquo quem diligit ad benefaciendum alicui. Omnia enim que facimus uel patimur propter amicum delectabilia sunt. quia amor est precipua causa delectationis.

Ad septimum scilicet uerum similitudo sit causa delectationis. dicendum quod similitudo est quidam unitas. unde id quod est simile in quantum est unum est delectabile sicut & amabile. & si quidem id quod est simile proprium bonum non corrumpat sed augeat est simpliciter delectabile. puta homo homini. & iuuenis iuueni. si uero sic corrumpitur proprii boni sit per accidens efficit fastidium uel contristationem. non quidem in quantum est simile & unum. sed in quantum corrumpit id quod est magis unum. quod autem aliquid simile corrumpat bonum proprium contingit dupliciter. uno modo quia corrumpit mensuram proprii boni per quandam excessum. bonum enim proprie corporale. ut sanitas in qua dicitur comensuratione consistit. & propter hoc superabundantes cibi uel quelibet delectationes corporales fastidiant. Alio modo per directam contrarietatem ad proprium bonum. sicut figuli abominantur alios figulos non in quantum sunt figuli sed in quantum per eos amittunt excellentiam propriam. siue proprium lucrum quod appetit sicut proprium bonum. Ad octauum scilicet uerum admirationis sit causa delectationis. dicendum quod adipsi desiderata est delectabile. & ideo quanto alicuius rei amare magis crescit desiderium. tantomagis per adaptionem crescit delectatio. & etiam in ipso augmento desiderii fit augmentum delectationis. secundum quod fit etiam spes rei amate. sicut dicitur est quod ipsum desiderium ex spe est delectabile. est autem admiratio desiderium quoddam sciendi. quod in homine contingit ex hoc quod uidet effectum et causam ignorat. uel ex hoc quod causa talis effectus excedit cognitionem. aut facultatem ipsius. & ideo admiratio est causa delectationis in quantum habet coniunctam spem consequendi cognitionem eius quod scire desiderat. & propter hoc omnia mirabilia sunt delectabilia. sicut que sunt rara. & omnes representationes rerum etiam que in se nunc sunt delectabiles. Gaudet enim anima in colloquio unius ad alterum quia conferre unum alteri est proprius et conaturalis actus rationis. ut philosophus dicit in sua poetria. & propter hoc etiam liberari a periculis magnis est magis delectabile. quia est admirabile. ut dicitur

tur in primo rhetorice.

DE EFFECTIBVS DELECTATIONIS. DI. XVII.

**D**Emde considerandum est de effectibus delectationis. & circa hoc queruntur quattuor. Primo utrum delectationis effectus sit dilatare. Secundo utrum delectatio causet desiderium sui ipsius. Tertio utrum delectatio impediat usum rationis. Quarto utrum delectatio perficiat operationem. Ad primum scilicet utrum delectationis effectus sit dilatare. dicendum quod latitudo est quedam dimensio magnitudinis corporalis. unde in affectibus anime non nisi secundum metaphoram dicitur. dilatare autem dicitur quasi motus ad latitudinem & competere delectationi secundum duo que ad delectationem requiruntur. quorum unum est ex parte apprehensiuæ virtutis que apprehendit coniunctionem alicuius boni conuenientis ex hac autem apprehensione apprehendit se homo perfectionem quandam adeptum. que est spiritualis magnitudo. & secundum hoc animus hominis dicitur per delectationem magnificari seu dilatari. Aliud autem est ex parte appetitiue virtutis. que affectus rei delectabilis & in ea quiescit quoddammodo se ei prebens ad eam interius capiendam. & sic dilatatur affectus hominis per delectationem quasi se tradens ad contemendum interius rem delectantem. Ad secundum scilicet utrum delectatio causet desiderium sui ipsius. dicendum quod delectatio dupliciter potest considerari. uno modo secundum quod est in actu. Alio modo secundum quod est in memoria. Item sitis uel desiderium dupliciter accipi potest. Uno modo proprie secundum quod importat appetitum rei non habite. Alio modo communiter secundum quod importat exclusionem fastidii. Secundum quidem igitur quod est in actu delectatio non causet sitim uel desiderium sui ipsius per se loquendo. sed solum per accidens si tamen sitis uel desiderium dicatur rei non habite appetitum. nam delectatio est affectio appetitum circa rem presentem. sed contingit rem presentem non perfecte haberi. & hoc potest esse uel ex parte rei habite uel ex parte habentis. ex parte quidem rei habite eo quod res habita non est tota simul. unde successiue recipitur & dum aliquis delectatur in eo quod habet. desiderat potiri eo quod restat. sicut qui audit primam partem uersus & in hoc delectatur desiderat aliam partem uersus audire. ut Augustinus dicit. iiii. confes. & hoc modo omnes fere delectationes corporales faciunt sui ipsarum sitim quousque consumunt. eo quod tales delectationes consistunt aliquem motum. sicut patet in delectationibus ciborum. Ex parte autem ipsius habentis sicut cum aliquis aliquam rem in se inspectam existentem non statim perfecte habet. sed paulatim acquirit. sic in mundo isto percipientes aliquid imperfecte de diuina cognitione delectantur. & ipsa delectatio excitat sitim uel desiderium perfecte cognitionis secundum quod potest intelligi quod habet. ecci. xxiiii. Qui bibunt me adhuc sitient. si uero per sitim aut desiderium intelligatur sola intentio affectus tollens fastidium. sic delectationes spirituales maxime faciunt sitim uel desiderium sui ipsarum. delectationes enim corporales que augmentate uel ordinantur

faciunt superexcreſcentiam naturalis habitudinis efficiuntur fastidioſe. ut patet i delectōe cibozū. et propter hoc qū iam aliquis peruenit ad pfectū in delectatioibus cozpalib⁹ fastidit eas. et quandoq; appetit aliquas alias. ſed delectationes ſpirituales nō ſuperexcreſcūt naturalē habitudinē. ſed pſcunt naturā. Vnde cū puenitur ad cōſumptionē in iſtis. tūc ſunt magis delectabiles. niſi forte p accidēs in q̄ntum opatōni cōtēplatiue adinngunt aliq̄ue opatōes virtutū cozpalīū que p aſſiduitatem opandi laſſant. Et p hunc etiā modū poteſt i telligi qd dicit eccl. xxiiii. Qui bibit me adhuc ſitiet. quia etiā de angelis qui pfecte deum cōgnoscūt & delectant in ipō. dicit. i. pe. i. q. de ſiderant in eū cōſpicere. ſi vero cōſideret delectatio put eſt i memoria & nō in actu ſic per ſe n ara eſt cauſare ſuiipſius ſitim & deſideriū quādo ſc̄z homo redit ad illā diſpoſitōm in q̄ erat ſibi delectabile qd p̄terit. Si vero imutatus ſit ab illa diſpoſitōe memoria delectatōis non cauſat in eo delectatōem ſed faſtidium. ſicut pleno exiſtētī memoria cibi. Ad tertiu ſc̄z verū delectatio ipediāt uſum ratōis. dicendum q̄ ſicut p̄s dicit in. x. ethi. delectatōes pp̄ie adaugent opationes. extranee uero ipediunt. Eſt ergo quedam delectatō q̄ habet de ipſo actu ratōis. ſicut cū aliquis delectat i cōtemplando uel ratiocinādo et talis delectatio nō impedit uſum ratōis. ſed adiuuat ipſuz q̄ illud attentius opamur in quo delectamur. at tentio aut adiuuat operationē. ſed delectatōes cozpales ipediunt uſum ratōis triplici ratione. Primo quidē ratōe diſtractōis. quia ſicut iam dictum ē ad ea in quibus delectamur multū attendimus. cum aut attentio fortiter inbeſerit alicui rei debilitat circa alias res. uel totaliter ab eis reuocat. & ſc̄m hoc ſi delectatio cozporalis fuerit magna. uel totaliter ipediat uſum ratōis ad ſe animi intēſionem attrahendo uel multum ipediat. Secūdo ratione cōtrarietatis quedā em delectatōes maxime ſupexcedētes ſunt cōtra ordmem ratōis. & p hunc modum p̄s dicit in ſexto ethi. q. delectatōes cozpales corūpunt exiſtimatōem prudētīe. non aut exiſtimatōm ſpeculatiuā cui nō cōtrariant. Puta q̄ triāgul⁹ habet tres angulos equales duobus rectis. Secūdo aut primū modum utrā q̄ impedit. Tertio modo ſm quandā ligatōz inquātū ſc̄z ad delectatōem cozpalem ſequit quedam trāſmutatio cozpalis. maior etiā q̄z i aliis paſſionibus quāto uehementius afficitur appetitus ad rem p̄ſentē q̄m ad rem abſentē. huiuſmodi aut cozpales p̄urbatōes ipediūt uſum ratōis. ſicut patet in uinolentis q̄ habēt uſum rationis ligatū uel ipeditū. Ad quarum ſc̄z verū delectatio pſciat opatōm. dicendū q̄ delectatō dupliciter opationē pſciat. Vno modo p modum finis. n̄ quidem ſm q̄ finis dicit id p̄pter quid eſt aliquid. ſed ſecūdū q̄ omne bonū cōpletīue ſupueniēs poteſt dici finis. & ſecūdū hoc dicit p̄s in. x. ethi. q. delectatio pſciat opatōem. ſicut quidam finis ſupueniens. inquātū ſc̄z ſup hoc bonū qd eſt operatio ſupuenit aliud bonū qd eſt delectatio q̄ impoztat quietatōz appetitus i bono p̄ſuppoſito. Secūdo modo ex pte cauſe agentis. non quidem directe. quia p̄s dicit in. x. ethi. q. pſciat delectatio opatōm. non ſicut medicus ſanum. ſed ſicut ſanitas. indireccte aut inquātū ſc̄z agens delectat in ſua actione uehementi⁹ attendit ad ipam & diligentius ad eā opatur & ſecūdū hoc dicit in. x. ethi. q. delectatōes adaugēt pp̄ias opatōes ſed ipediūt exēneas.

**DE BONITATE VEL MALITIA DELECTATIONVM. DISTINCTIONO XVIII.**

**D**Einde cōſiderandū eſt de bonitate uel malitia delectatōnum. Et circa hoc querunt quatuor. Primo verū omnis delectatio ſit mala. Secūdo verū oīs delectatō ſit bona. Tertio utrū aliq̄ delectatio ſit optimū. Quarto verū delectatio ſit meſura uel regula ſecūdū q̄m iudicetur bonum uel malū in moribus. Ad primū ſc̄z utrū omnis delectatio ſit mala. dicendū q̄ ſicut dicit. x. ethi. aliqui poſuerūt om̄s delectatōnes malas. Cuius ratio uidet fuiſſe. quia i tenſionem ſuam referebāt ad ſolas delectatōnes ſenſibiles & cozpales que ſunt magis manifeſte. Nā & in ceteris intelligibilia a ſenſibilibus antiqui p̄s nō diſtinguebant. nec intel lectum a ſenſu. ut dicit in libro de anima. delectatōes aut cozpales arbitranē om̄s eſſe malas. ut ſic hoīes q̄ ad delectatōes imoderatas ſunt p̄ni a delectatōibus ſe retrahētes ad mediū virtutis pueniant. ſed hec exiſtimatō n̄ fuit cōueniens. Cum em nullus poſſit uiuere ſine aliqua ſenſibili & cozpozali delectatione. ſi illi qui docent om̄s delectatōnes eſſe malas dephendant aliquas delectatōnes ſuſcipere magis homines ad delectatōes erunt p̄clives. exēplo operū uerboz doctrina p̄termiſſa. i operationib⁹ em & paſſionibus humanis i q̄bus experiētia plurimū ualeat magis mouent exēpla q̄m uerba. dicendū eſt ergo aliquas delectatōes eſſe bonas & aliquas malas. eſt enim delectatio quies appetitiue virtutis in aliquo bono amato. & cōſequens aliquā opatōnem. unde huiuſmodi ratio duplex accipi pot. vna quidem ex pte boni in quo aliquis quieſcens delectat. bonū em & malum i moralibus dicitur ſm q̄ cōuenit ratōni uel diſcordat ab ea ut dictum eſt. ſicut in rebus naturalib⁹ aliqd dicitur naturale ex eo q̄ cōuenit nature. Innaturale uero ex eo q̄ a natura diſcordat. ſic igitur in naturalibus eſt quedā quies naturalis q̄ ſc̄z ē i eo quod cōuenit nature. ut cū graue q̄ eſcit deoſum. & quedam innaturalis q̄ eſt i eo qd repugnat nature. ſicut cum graue quieſcit ſuſum. Ita & i moralibus eſt quedam delectatō bona ſecūdum q̄ appetitus ſupior aut inferior quieſcit in eo qd cōuenit rationi. & quedam mala ex eo q̄ quieſcit in eo qd a ratione diſcordat & a lege di. Alia ratō accipi pot

ex pre operationū quarū quedam sunt bone & quedā male. operatōibus aut magis sunt affines delectatōes que sunt eis cōiuncte qm concupiscētie que tpe eas precedūt. vnde cum concupiscētie bonarū operationū sunt bone. malarum vero male. multo magis delectatōes bonarum opationū sunt bone malarū uero male. **A**d secundū scz utrū omis delectatio sit bona. dicēdū q̄ sicut aliqui stoycoz posuerūt omnes delectatōes esse malas. ita epicuri posuerūt delectatōem secundū se esse bonum. & p̄ cōsequēs omis delectatōes esse bonas. qui ex hoc decepti esse uident q̄ non distinguebant inter id quod est bonum simpliciter. & id qd̄ est bonū quo ad hunc. simpliciter quidem bonum est qd̄ secundum se bonū est. Contingit aut̄ aliquod nō secundū se bonū esse huic bonum dupliciter. vno mō quia est ei cōueniens secundū dispositōem in qua nūc est que tñ nō est naturalis. sicut leproso bonū ē q̄ndoz comedere aliq̄ uenenosa que nō sunt simpliciter cōuenientia cōplexioni humane. Alio modo quia id qd̄ non est cōueniens estimatur ut cōueniēs. & quia delectatio est quies appetitus in bono. si sit simpliciter bonū id in quo quiescit. appetitus erit simpliciter delectatō & simpliciter bona. si aut̄ non sit simpliciter bonū. sed quo adhuc quidē tūc nec delectatō ē simpliciter. sed huic nec est bona simpliciter s; bona secundū quid uel appens bona. **A**d tertiū scz utrū aliqua delectatio sit optimū. dicēdū q̄ plato nō posuit omis delectatōes esse malas sicut stoyci neq; omnes esse bonas sicut epicuri. sed quasdam esse bonas & quasdam malas. ita tñ q̄ nullū sit summū uel optimum. s; q̄ntum ex ei⁹ rationibus datur intelligi in duob⁹ defectis. In vno quidem quia cū uiderz delectationes sensibiles et corpales in quodā motu et generatione consistere. sicut patet in repletōne ciboz & huiusmodi. estimauit omis delectatōnes cōsequi generatōem & motū. vnde cū generatio & motus sint actus imperfecti sequebatur q̄ delectatō nō haberet rationē uite perfectiōnis. sed hoc manifeste falsum apparet ī delectatōibus intellectualib⁹. Aliquis em̄ nō solum delectat̄ ī generatōe sciētie. puta cum addiscit aut mirat̄. sicut dictum est. sed etiaz ī contēplando secū dū sciētiā iam acquisitā. Alio vero modo quia dicebat optimū id qd̄ ē simpliciter bonū summū. qd̄ scz est ipm̄ bonū quasi abstractū & nō p̄cipatū. sicut ipse de⁹ est summū bonū. Nos aut̄ loquimur de optimo in rebus humanis. optimū aut̄ in una q; re est ultimus finis. finis aut̄ ut dictū est dupliciter dicit̄. scz ipsa res & usus rei. sicut finis auari est uel pecunia uel possessio pecunie. & secundū hoc ultimus finis hoīs dici potest ul ipse deus q̄ ē summū bonū simpliciter uel fructio ipsius q̄ importat delectatōem quandā ī ultimo fine. et p̄ hunc modū aliqua delectatō hominis potest dici optimū inter bona humana. **A**d quartū scz utrū delectatio sit mēsu

ra uel regula boni uel mali moralis. dicēdū q̄ bonitas uel malitia moralis p̄cipaliter in uoluntate consistit. utrū aut̄ uoluntas sit bona uel mala p̄cipue ex fine cognoscit̄. illud aut̄ habet̄ p̄ fine ī quo uoluntas quiescit. quies aut̄ uoluntatis & cuiuslibet appetitus in bono est delectatio. & ideo secundū delectatōem uoluntatis humane p̄cipue iudicat̄ homo bonus ul̄ malus. Est em̄ bon⁹ & uirtuosus qui gaudet in operibus uirtutū. malus aut̄ qui in operib⁹ malis. delectatōes aut̄ appetitus sensitiui. nō sunt regula moralis bonitatis uel malitie. nā cibus cōmuniter delectabilis est secundū appetitum sensitiuū bonis & malis. sed uoluntas bonoz delectat̄ in eis h̄m cōueniētiā rationis qm̄ non curat uoluntas maloz. ex p̄dictis patere potest q̄ multiplex ē delectatō. est em̄ delectatio naturalis sicut sensus naturaliter delectatur in p̄sentia sensibilis sibi cōuenientis. ut uisus in coloribus. auditus in sonis melodiosis. olfactus ī odoribus. & gustus in saporibus. ps. Delectasti me dñe in factura tua. potest em̄ gustus delectari in cibo delicato uel potu cōueniēti nate sine peccato & homo sanctus in aspectu picturarū uel alterius rei pulchre ex sola cōplacētia naturali. **I**tem ē delectatio bestialis. quādo scz homo mōrdinate delectat̄ in re qua nō debet uel ultra q; debet aut̄ modo quo non debet. Exemplum huius habem⁹. gen. iii. uidit mulier lignū q̄ esset bonum & ad uescendū suauē & pulchrum. oculi aspectuq; delectabile & tulit de fructu illius & comedit. h̄ delectatio fuit culpabilis nō q̄ lignū malū esset de se. sed quia p̄hibitū. esau etiam ī edulio uilis lenticule ultra qm̄ debuit delectatus est. & peccauit ex gula. ysaac aut̄ ī delicato cibo eduloz & delicate pato nō peccauit. vnde manifestū est q̄ in ipsis creaturis nō est uitiū sed in abusu sumentiuū. dauid etiam similiter in aspectu. berhsabee delectatus ē tā quā in re qua non debuit & ultra qm̄ debuit. Alii sunt qui delectant̄ in rebus omnio malis & illicitis. Sicut in mēdaciis & piuriis. in fornicationib⁹. furtis. rapinis. homicidiis. & huiusmodi. ysaie. i. in abhominatōibus aīa eozuz delectata est. **I**tem puer. xx. Luxuriosa res uinum & tumuluoza ebrietas quicūq; hiis delectatur nō erit innocens. **I**tem est delectatio spiritalis & gratiosa. qm̄ scz delectat̄ intellectus in cōsideratōe sapiētie. sicut dicit̄. sap. viii. In mortalibus in cogitatōe sapientia. & in amicitia illius delectatio bona. affectus etiam in diuine dulcedinis degustatōe. ps. aīa mea exultabit ī dño & delectabit̄ sup̄ salutare suo. **I**dem delectare in dño & dabit tibi petitiōes cordis tui. **I**tem in laude dei et gratiarū actione. ps. Cantabo dño ī uita mea psallam deo meo qm̄ diu sum. **I**ocūdū sit ei eloquiū meum. ego uero delectabor in dño. **I**tem in sacramēti eukaristie p̄ceptōe. Sap. xvi. angeloz esca nutriuisti populum tuuz. & patū panem de celo prestitisti illis sine labore & omne delectantū habētem

& omnis saporis suauitate. **I**tem in puritate cordis & bonorum operatione. eccl. xxx. Non est census super celum salutis corporis. & non est oblectamentum super cordis gaudium. **I**tem est delectatio gloriosa. ps. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei & delectentur in letitia. Idem ad implebis me letitia cum uultu tuo delectationes in dextera tua usque in finem. His uis patet quomodo unusquisque debeat se habere circa delectationes. quia delectatio naturalis est moderanda ne uidelicet excedat proprios limites excedendo. delectatio bestialis & uiciosa est omnino fugienda. tamen quanto aliquis magis debet esse sapiens & modestus. & magis elongari a uita bestiali. tanto amplius debet abhorre re tales delectationes. delectatio spiritualis est degustanda. delectatio gloriosa totis precordiis appetenda.

**DE DOLORE ET TRISTITIA. DIS. XIX.**

**D**einde considerandum est de dolore & tristitia. & circa hoc primo considerandum est de dolore secundum se. Secundo de causis eius. Tertio de effectibus eius. Quarto de remediis eius. Quinto de bonitate uel malitia eius. **C**irca primum consideranda sunt octo. Primo utrum dolor sit passio anime. Secundo utrum sit idem quod tristitia. Tertio utrum tristitia uel dolor sit contraria delectationi. Quarto utrum omnis tristitia contrarietur delectationi. Quinto utrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria. Sexto utrum magis sit fugienda tristitia quam delectatio appetenda. Septimo utrum dolor exterior sit maior quam dolor interior. Octauo de diuersis speciebus doloris seu tristitie. **A**d primum scilicet utrum dolor sit passio anime. dicendum quod sicut ad delectationem duo requiruntur scilicet coniunctio boni & perceptio huius coniunctio. ita etiam ad dolorem duo requiruntur scilicet coniunctio alicuius mali quod ea ratio est malum. quia primum aliquod bonum & perceptio huius coniunctio. quidquid autem coniungitur si non habeat respectu eius cui coniungitur rationem boni uel mali. non potest causare delectationem uel dolorem. Ex quo patet quod aliquid sub ratione boni uel mali est obiectum delectationis et doloris. bonum autem & malum in quantum huiusmodi sunt obiecta appetitus. unde patet quod delectatio & dolor ad appetitum pertinent. Omnis autem motus appetitus se inclinatio consequens apprehensionem pertinet ad appetitum intellectuum uel sensituum. Nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur apprehensionem ipsius appetentis. sed alterius. Cum igitur delectatio et dolor presupponant in eodem subiecto sensum uel apprehensionem aliam. manifestum est quod dolor sicut & delectatio est in appetitu intellectuum uel sensituum. Omnis autem motus appetitus sensituum dicitur passio & precipue illi qui in defectu sonant. unde dolor secundum quod est in appetitu sensituum. proprie dicitur passio anime. sicut molestie corporales proprie passionem corporis dicuntur. unde & Augustinus. xiiii. de ciuitate dei. dolorem specialiter egritudinem nominat. Sciendum autem quod dolor dicitur

esse corporis quia causa doloris est in corpore puta cum patimur aliquod nociuum corpori. sed motus doloris semper est in anima. nam corpus non potest dolere nisi dolente anima. ut Augustinus dicit. **A**d secundum. scilicet utrum tristitia sit idem quod dolor. dicendum quod tristitia & dolor ex duplici apprehensione causari possunt scilicet ex apprehensione exterioris sensus. & ex apprehensione interiori siue intellectus siue ymaginatio. interior autem apprehensio ad plura se extendit quam exterior eo quod quecumque cadunt sub exteriori apprehensione cadunt sub interiori. sed non e conuerso. Sola igitur illa delectatio que ex interiori apprehensione causatur. gaudium nominatur. & similiter solus ille dolor qui ex apprehensione interiori causatur nominatur tristitia. & sicut illa delectatio que exteriori apprehensione causatur. delectatio quidem nominatur. non autem gaudium. Ita ille dolor qui exteriori apprehensione causatur nominatur quidem dolor. non autem tristitia. Sic igitur tristitia est quedam species doloris sicut gaudium delectationis. **E**t nota quod quia sensus exterior non percipit nisi presens. uis autem cognitua interior potest percipere presens preteritum & futurum. & ideo tristitia potest esse de presenti. preterito. & futuro. Dolor autem corporalis qui sequitur apprehensionem sensus exterioris non potest esse nisi de presenti. **I**tem sensibilia tactus sunt dolorosa. non solum in quantum sunt inproportionata uirtuti apprehensiuæ. sed etiam in quantum contrariantur nature. aliorum uero sensuum sensibilia possunt quidem esse inproportionata uirtuti apprehensiuæ. non tamen contrariantur nature nisi in ordine ad sensibilia tactus. unde solus homo qui est animal perfectum in cognitione delectatur in sensibilibus aliorum sensuum secundum seipsa. Alia uero animalia non delectantur in eis nisi secundum quod referuntur ad sensibilia tactus. ut dicitur in iii. ethi. **E**t ideo de sensibilibus aliorum sensuum non dicitur esse dolor secundum quod contrariantur delectationi naturali. sed magis tristitia que contrariatur gaudio animali. sic igitur si dolor accipiat per corporalem dolorem quod usitatius est dolor ex opposito diuiditur extra tristitiam secundum distinctionem apprehensionis interioris & exterioris. licet quantum ad obiecta delectatio ad plura se extendat quam dolor corporalis. si uero dolor accipiat communiter. sic dolor est genus tristitie. ut dictum est. **A**d tertium scilicet utrum dolor contrarietur delectationi. dicendum quod sicut philosophus dicit in x. ethi. contrarietas est differentia secundum formam. forma autem seu species passio. nis & motus sumitur ex obiecto uel termino. uel cum obiecta delectationis & tristitie seu doloris sint contraria scilicet bonum presens & malum presens sequitur quod dolor & delectatio sint contraria. **A**d quartum scilicet utrum omnis tristitia contrarietur omni delectationi. dicendum quod sicut dicitur in x. meth. contrarietas est differentia secundum formam. forma autem est et specialis & generalis. unde contingit esse aliqua contraria secundum formam generis. sicut uirtus & uitiu. & secundum formam speciei. sicut iustitia & iniustitia.

Est autem considerandum quod quedam specificantur secundum formas absolutas sicut substantie et qualitates. quedam uero specificantur per comparationem ad aliquid extra. sicut passiones & motus recipiunt speciem ex terminis siue ex obiectis. In hiis ergo quorum species considerantur secundum formas absolutas contingit quidem species que continentur sub contrariis generibus non esse contrarias secundum rationem speciei. non tamen contingit quod habeant aliquam affinitatem uel convenientiam ad inuicem. In temperantia enim & iustitia que sunt in contrariis generibus uirtute scilicet & uicio non contrariantur ad inuicem secundum rationem proprie speciei nec tamen habent aliquam affinitatem uel consequentiam ad inuicem. sed in illis quorum species sumuntur secundum habitudinem ad aliquid extrinsecum contingit quod species contrariorum generum non solum non sunt contrarie ad inuicem. sed etiam habent quandam convenientiam et affinitatem ad inuicem. eo quod eodem modo se habere ad contraria contrarietatem inducit. sicut accedere ad album et accedere ad nigrum habent rationem contrarietatis. sed contrario modo se habere ad contraria habet rationem similitudinis. sicut recedere ab albo & accedere ad nigrum. & hoc maxime apparet in contradictione que est principium oppositiois. nam in affirmatione & negatione eiusdem consistit oppositio. sicut album & non album. In affirmatione autem unius oppositorum & negatione alterius attendit convenientia & similitudo. ut si dicam nigrum & non album. tristitia autem & delectatio cum sint passiones specificantur ex obiectis. et quidem secundum genus suum contrarietatem habent. nam unum primum ad persequendum. aliud uero ad fugam que se habent in appetitu. sicut affirmatio & negatio in ratione. ut dicitur in sexto ethici. & ideo tristitia & delectatio que sunt de eodem habent oppositioem ad inuicem secundum speciem. tristitia uero & delectatio de diuersis. siquidem illa diuersa non sunt opposita sed disperata non sunt opposite ad inuicem secundum rationem speciei. sed sunt etiam disperate. sicut tristari de morte amici & delectari in contemplatione. si uero illa diuersa sunt contraria. tunc tristitia & delectatio non solum non habent contrarietatem secundum rationem speciei. sed etiam habent convenientiam & affinitatem. sicut gaudere de bono & tristari de malo. Ad quintum scilicet utrum delectatio contemplationis sit aliqua tristitia contraria. dicendum quod delectatio contemplationis potest intelligi dupliciter uno modo ita quod contemplatio sit delectationis causa & non obiectum. & tunc delectatio non est de ipsa contemplatione. sed de re contemplata. contingit autem contemplari aliquid nociuum contristans sicut & aliquid conueniens & delectans. unde si sic delectatio contemplationis accipiat. nihil prohibet delectationi contemplationis esse tristitiam contrariam. Alio modo potest dici delectatio contemplationis. quia contemplatio est eius obiectum & causa. puta cum aliquis delectatur de hoc ipso quod contemplatur. & sic ut dicit Gregorius. nicenus ei delectationi que est secundum contemplationem non

opponitur aliqua tristitia. & hoc idem philosophus dicit in primo thopico & in x. ethici. sed hoc est intelligendum per se loquendo. cuius ratio est. quia tristitia per se contrariatur delectationi que est de contrario obiecto. sicut delectationi que est in calore contrariatur tristitia que est de frigore. obiecto autem contemplationis nihil est contrarium. contrariorum enim rationes sunt que sunt apprehense non sunt contrarie. sed unum contrarium est ratio cognoscendi aliud. unde delectationi que est in contemplatione non potest per se loquendo esse aliqua tristitia contraria. sed nec etiam habet tristitiam annexam. sicut corporales delectationes que sunt ut medicine quedam contra aliquas molestas. sicut cum aliquis delectatur in potu ex hoc quod anxietas sicut. quoniam autem iam tota sitis est repulsa cessat delectatio potus. delectatio enim contemplationis non causatur ex hoc quod excludatur aliqua molestia. sed ex hoc quod est secundum se ipsam delectabilis. non enim est generatio sed operatio quedam perfecta ut dictum est. per accidens autem admisceatur tristitia delectationi apprehensionis. & hoc dupliciter. uno modo ex parte organi. alio modo ex impedimento apprehensionis. ex parte autem organi admisceatur tristitia uel dolor apprehensionis dicitur recte quidem in uiribus apprehensiuis sensituiue partibus. que habent organum corporale uel ex sensibili. quod est contrarium debite complexionis organi. sicut gustus rei amare & olfactus rei fetide. uel ex continuitate sensibilis ueniens quod per assiduitatem facit supercrescentiam naturalis habet. & sic redditur apprehensio sensibilis. que prius erat delectabilis tediosa. sed hec duo directe in contemplatione mentis locum non habent. quia mens non habet organum corporale. unde dicitur Sap. viii. quod non habet contemplatio mentis nec amaritudinem nec tedium. sed quia mens humana utitur in contemplando uiribus apprehensiuis sensituiuis in quarum actibus accidit lassitudo. ideo indirecte admisceatur aliqua afflictio uel dolor contemplationi. sed neutro modo tristitia contemplationi per accidens adiuncta contrariatur delectationi eius. nam tristitia que est de impedimento operationis non contrariatur delectationi contemplationis. sed magis habet affinitatem & convenientiam cum ipsa ut ex dictis patet. tristitia uero uel afflictio que est de lassitudine corporali. non ad idem genus referuntur. unde penitus est disperata. & sic manifestum est quod delectationi que est de ipsa contemplatione nulla tristitia contrariatur nec adiungitur ei aliqua tristitia nisi per accidens. Ad sextum scilicet utrum magis sit fugienda tristitia quam delectatio appetenda. dicendum quod per se loquendo appetitus delectationis est fortior quam fuga tristitie. cuius ratio est. quia delectationis causa est bonum conueniens. causa autem doloris seu tristitie est aliquod malum repugnans. contingit autem esse aliquod bonum conueniens absque omni dissonantia. non autem potest esse aliquod malum absque omni conuenientia repugnans. unde delectatio potest esse integra & perfecta. tristitia autem semper est secundum partem. unde naturaliter maior est appetitus delectationis quam fuga tristitie. alia

uero ratio est. quia bonum quod est obiectum delectationis. propter seipsum appetitur. malum autem quod est obiectum tristitie est fugiendum in quantum est privatio boni. quod autem est pro se. potius est eo quod est per aliud. cuius etiam signum apparere in motibus naturalibus. nam omnis motus naturalis intensio est in fine cum appropinquat ad terminum sue nature convenientem quam in principio cum recedit a termino sue nature non convenienti. quasi natura magis tendat in id quod est sibi convenientius quam fugiat id quod est sibi repugnans. unde & inclinatio appetitive virtutis per se loquendo. vehementius tendit in delectationem quam fugiat tristitiam. sed per accidens contingit quod tristitia aliquis magis fugit quam delectationem appetat. & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehensionis. quia ut Augustinus dicit. x. de trinitate. Amorem magis sentit cum eum proderit indigentia. Ex indigentia enim amati procedit tristitia que est ex amissione alicuius boni amati. uel ex incursum alicuius mali contrarii. delectatio autem non habet indigentiam boni amati. sed quiescit in eo iam adeptum. Cum igitur amor sit causa delectationis & tristitie. in tantum magis fugitur tristitia. quanto magis sentit amor ex eo quod contrariatur amori. Secundo ex parte cause se contristantis uel doloris inferentis que repugnat bono magis amato quam sit bonum illud in quo delectamur. magis enim amamus consistere in corpore naturalis quam delectationem cibi. Et ideo timore doloris qui provenit ex flagellis uel aliis huiusmodi que contrariantur bone consistentie corporis dimittimus delectationem ciborum uel aliorum huiusmodi. Tertio ex parte affectus in quantum scilicet tristitia impedit non tantum delectationem. sed omnes. Ad septimum scilicet utrum dolor exterior sit maior quam interior. dicendum quod dolor interior & exterior in uno conueniunt. & in duobus differunt. Conueniunt quidem in hoc quod uterque est motus appetitive virtutis. differunt autem secundum illa duo que ad tristitiam & delectationem requiruntur scilicet secundum causam que est bonum uel malum coniunctum. & secundum apprehensionem. causa autem doloris exterioris est malum coniunctum quod repugnat corpori. causa autem doloris interioris est malum coniunctum quod repugnat appetitui. dolor autem exterior sequitur apprehensionem sensus & specialiter tactus. dolor autem & timor sequitur apprehensionem interiorum ymaginatiois scilicet uel etiam ratiois. Si igitur comparatur causa interioris doloris ad causam exterioris una pro se pertinet ad appetitum. cuius est uterque dolor. alia uero pro aliud. Nam dolor interior est ex hoc quod aliquid repugnat ipsi appetitui. Dolor autem exterior ex hoc quod repugnat appetitui quia repugnat corpori semper autem quod est pro se est prius eo quod est pro aliud. unde ex parte ista dolor interior preeminet dolori exteriori. similiter etiam & ex parte apprehensionis nam apprehensio ratiois & ymaginatiois est altior quam apprehensio sensus tactus. unde simpliciter & pro se loquendo dolor interior potius

est quam dolor exterior. cuius signum est quod etiam dolores exteriores aliquis uoluntarie suscipit ut euitet dolorem interiorum & in quantum non repugnat dolori exteriori interiori appetitui. fit quodammodo delectabilis & iocundus interiori gaudio. quandoque tamen dolor exterior est cum interiori dolore. et tunc dolor augetur. non solum enim dolor interior est maior quam exterior. sed etiam uniuersaliter. Quidquid enim est repugnans corpori potest esse repugnans interiori appetitui. & quidquid apprehenditur sensu potest apprehendi ymaginatioe & ratione sed non conuertitur. & ideo signanter dicitur. ecci. xxv. omnis plaga tristitia cordis est. quia etiam dolores exteriores plagarum sub interiori cordis tristitia comprehenduntur. Ad octauum scilicet de speciebus tristitie. dicendum quod ad rationem speciei pertinet quod se habeat ex additione ad genus. sed generi potest aliquid addi dupliciter. uno modo quod pro se ad ipsum pertinet & uirtute continetur in ipso. sicut rationale additur animalis & talis additio facit ueras species alicuius generis. ut patet per philosophum in vii. & viii. methaphisicorum. Aliquid uero additur generi quasi aliquid extraneum a ratione ipsius. sicut si album animalis addatur uel aliquid huiusmodi. & talis additio non facit ueras species generis. sed in quod communiter loquimur de genere & speciebus. Interdum enim aliquid dicitur esse species alicuius generis. propter hoc quod habet aliquid extraneum ad quod applicatur generis ratio. Sicut carbo & flamma dicuntur species ignis propter applicatorem nature ignis ad materiam alienam. & simili modo loquendi dicuntur astrologia & perspective species mathematice. in quantum principia mathematica applicantur ad materiam naturalem. & hoc modo loquendi assignantur hic species tristitie pro applicatorem rationis tristitie ad aliquid extraneum. quodquidem extraneum accipi potest uel ex parte cause obiecti. uel ex parte effectus. proprium enim obiectum tristitie est proprium malum. unde extraneum obiectum tristitie potest accipi uel secundum alterum terminum terminum. quia scilicet est malum. sed non proprium. & sic est misericordia que est tristitia de alieno malo in quantum terminum estimatur uel proprium. uel quantum ad utrumque. quia neque est de proprio neque de malo sed de bono alieno. in quantum terminum bonum alienum estimatur ut proprium malum & sic est inuidia. proprius autem effectus tristitie consistit in quadam fuga appetitus. unde extraneum circa effectum tristitie potest accipi quantum ad alterum tantum. quia scilicet tollit fugam. & sic est anxietas que sic aggrauat animum ut non appareat aliquod refugium. unde alio nomine dicitur angustia. si uero in terminum procedat talis aggrauatio. ut etiam exteriora membra immobiliter ab ope quod pertinet ad accidiam. sic erit extraneum quantum ad utrumque quia nec est fuga nec est in appetitu. ideo autem specialiter accidia dicitur uocari amputare. quia uox inter omnes exteriores motus magis exprimit interiorum conceptum & affectum non solum in hominibus. sed etiam in aliis animalibus. ut dicitur in primo politico.



## DE CAUSIS DOLORIS. DIS. XX.

**D**Emde considerandū est de causis doloris. & circa hoc querunt quatuor. Primo utrū bonum amissum sit causa doloris uel magis malum cōiunctum. Secundo utrum concupiscentia sit causa doloris. Tertio utrum appetitus unitatis sit causa doloris. Quarto utrū potestas cui non potest resisti sit causa doloris. Ad primum scz utrū bonum amissum magis sit causa doloris qm malū cōiunctū. dicendum qd si hoc modo se haberēt priuatiōes in apprehensione aīe. sicut se habent in ipīs rebus ista questio nullius momenti esse uideret. malum em̄ est priuatio boni. priuatio autē ī reruz natura nihil aliud ē qz carentia oppositi habitus. secundum hoc ergo idem esset trīstari de bono amisso & de malo habito. sed tristitia est motus appetitus apphensionē sequentis. In apphensione autē ipā priuatio habet rationē cuiusdam entis. vnde dicit ens ratiois. & sic maluz cum sit priuatio se habet p modū contrariū. et ideo quantū ad motū appetitiū differt utrū respiciat pncipaliter malū cōiunctū uel bonum amissum. et quia motus appetitus aīalis hoc modo se habet ī opatiōibus aīe. sicut motus naturalis in rebus naturalibus. ex cōsideratione naturalīū motuū unitas accipi potest. Si em̄ accipiamus ī motibus naturalibus accessum & recessum. accessus p se respicit id qd est cōueniens nature. recessus autē p se respicit id quod est contrariū. sicut graue p se recedit a loco supiori. Accedit autē naturaliter ad locū inferiorē. sed si accipiamus causam utriusqz motus scz grauitatē. ipsa grauitas p prius inclinat ad locum deorsum qz retrahat a loco sursum a quo recedit ut deorsum tendat. sic igitur cum tristitia ī motibus appetitiuis se habeat p modum fuge uel recessus. delectatio autē p modum psequutiōis uel accessus. sicut delectatio p prius respicit bonum adeptū qsi pziū obiectum. ita tristitia respicit malū cōiunctū. sed causa delectatiōis & tristitiē scz amor p prius respicit bonū qz malū. Sic ergo eo modo quo obiectū est causa passionis. magis pzie est causa tristitiē & doloris malū cōiunctum qz bonū amissum. Ad secundū scz utrū concupiscentia sit causa doloris. dicendū qd tristitia est quidā motus appetitus animalis. motus autē appetitus sicut dictū ē habet similitudinē appetitus naturalis. cuius duplex causa assignari potest. vna p modū finis. alia sicut unde ē pncipiū motus sicut declēsiōis corporis grauis. causa sicut finis est locus deorsum. pncipiū autē motus est inclinatio naturalis que est ex grauitate. causa autē motus appetitiui p modū finis est eius obiectū. & sicut supra dictum est qd causa doloris seu tristitiē ē maluz cōiunctū. causa autē sicut unde est pncipiū talis motus est interior inclinatio appetitus q quidem p prius inclinā ad bonum & ex consequenti ad repudiandū malum contrariū. &

ideo hmoi motus appetitiui pncipiū pncipiū est amor. qui est pncipiū inclinatio appetitus ad bonū cōsequendū. Secundū autē pncipiū est odiū quod est inclinatio pncipiū appetit ad malum fugiendū. sed quia concupiscentia uel cupiditas est pncipiū effectus amoris quo maxime delectatur. Ideo frequēter aug. cupiditatē uel concupiscentiā pro amore ponit. et hoc modo concupiscentiā dicit esse uniuersalē causam doloris. Sed ipsa concupiscentia secundū pncipiū rationē cōsiderata est quidē iterdū causa doloris. Omne em̄ qd impedit motū ne pueniat ad terminū est contrariū motui id autē qd est cōtrariū motui appetitus est cōtristans. & sic p cōsequens concupiscentia fit causa tristitiē inquantū de retardatiōe boni concupiti uel totali ablatiōe tristamur. vniūsal' autē causa doloris esse nō potest quia magis dolemus de subraclatione bonorum pncipiū ī quibus iam delectamur qm futuroz qz concupiscimus. Ad tertū scz utrū appetitus unitatis sit causa doloris. dicendū qd eo modo quo concupiscentia ul' cupiditas boni est causa doloris etiam appetitus unitatis uel amor causa doloris est ponendus. bonum em̄ vniūscuiusqz rei ī quadā unitate cōsistit. put scz vnaqueqz res habet ī se unita illa ex quibus cōsistit eius pfectio. vnde et platonici posuerūt unū esse pncipiū sicut & bonum. unū naturaliter unūquodqz appetit unitatē sicut & bonitatē. & ppter hoc sicut amor uel appetitū boni ē causa doloris. ita & amor ul' appetitus unitatis. Ad quartū scz utrū potestas maior cni non potest resisti sit causa doloris. dicendū qd sicut dictum est. malū cōiunctū est causa doloris ul' tristitiē per modū obiecti. Id ergo qd est causa cōiunctiōis debet poni causa doloris uel tristitiē. Manifestū est autē hoc esse contra inclinatio appetitus ut malū pncipiū inhereat. qd autē est cōtra inclinatio alicuius nunqz aduenit ei nisi p actōez alicuius fortioris. & ideo potestas maior esse ponitur causa doloris ab aug. Sed sciendū ē qd si potestas fortior ī tantū iualeat qd mutet contrariā inclinatio ī inclinatio pncipiū iam nō erit aliqua repugnātia uel uolētia. sic quādo agens fortius corrupendo corpus graue aufert ei inclinatio qua tendit deorsum & tunc ferri sursum nō ē uolentū sed naturale. sic igitur si aliqua potestas maior intantū iualeat qd auferat inclinatio uolūtatis. uel appetitus sensitiui ex ea non sequit dolor uel tristitia. sed tūc solum sequit quādo remanet inclinatio appetitus ī contrariū. & inde ē qd Aug. dicit qd uoluntas resistēs potestati fortiori causat dolorē. si em̄ non resisteret sed cederet cōsentiēdo nō sequerē dolor sed delectatio.

## DE EFFECTIBVS DOLORIS VEL TRISTITIÆ. DISTINTIO. XXI.

**D**Emde considerandū est de effectibus doloris uel tristitiē. et circa hoc querunt quattuor. Primo utrū dolor auferat facultatem addiscēdi.

Secundo utrū aggrauatio animi sit effectus doloris Tertio utrum dolor uel tristitia impedi- at uel debilitet omnē opationē. Quarto utrū tristitia noceat corpori magis q̄ alie passio- nes. **A**d primū. scilicet utrū dolor auferat faculta- tem addiscendi. dicendū. quia omnes potentie anime in una essentia anime uehemēter trahit- ur ad opationē unius potētie. retrahatur ab opationē alterius. unius enī potētie non potest esse nisi una intentō. et ppter hoc si aliquid ad se trahat totā intentōnē anime uel magnā pte ipsius. non cōpatitur secū aliquid aliud quod magnā attractionē requirat. Manifestum est autē q̄ dolor sensibilis maxime trahit ad se itē- tionē anime. quia naturaliter unūquodqz tota intentōe rēdit ad repellendū contrarium. sicut etiā in naturalibz apparet. Similiter etiā manifestū est q̄ ad addiscēdū aliquid de no- uo. requiritur studium et conatus cū magna intētionē. ut patet p̄ illud quod dicitur puer. i. Si quesieris sapientiā quasi pecuniā & sic thesauros effoderis eam tūc intelliges discipli- nam. & ideo si sit dolor intensus impediē ho- mo ne tūc aliquid addiscere possit. & tantum potest intendi q̄ nec etiā instante dolore po- test homo aliquid cōsiderare etiā q̄ prius sci- uit. In hoc tñ attendiē diuersitas secundū diuer- sitatem amoris quē homo habet ad addiscēdū uel cōsiderādū. qui quāto maior fuerit. ma- gis retinet intentōem anī ne omnino ferat ad dolorem. **A**d secundū scilicet utrū aggrauatio animi sit effectus doloris. dicendū q̄ affectus passionū anime quādoqz methaphorice nomīa- tur secundū similitudinē sensibiliū corporū. eo q̄ motus appetitus animalis sunt similes or- dinatōibus & inclinatōibus appetitus natura- lis. et p̄ hunc modū feruor attribuitur amori. di- latatio delectatōis & aggrauatio tristitie. dicitur enī homo aggruari ex eo q̄ aliquo pondere impediē a p̄prio motu. Manifestū est autē ex p̄dictis q̄ tristitia puenit ex aliquo malo p̄- senti. q̄ quidem ex hoc ipso q̄ repugnat mo- tui voluntatis aggruat aīm inquantū impe- dit ipm ne fruatur eo q̄ uult. & siquidē nō sit tanta uis malī contristantis ut auferat spem euadendi. licet animus aggrauet quantū ad hoc q̄ i p̄feti potēte eo q̄ uult. rēmanet tñ mo- tus ad replendū nociuū contristās. si uero su- per excrecat uis malī intē ut spem euasiois excludat tūc simpliciter impediē & interioz mo- tus animi angustiat. ut neqz hac neqz illac di- uertere ualeat. & q̄nqz etiam impediē exteri- or motus corporis. ita q̄ remaneat homo stu- pidus in seipso. **A**d tertiū scilicet utrū dolor uel tristitia impediāt omnē opationē. dicendum q̄ sicut dictū est. tristitia quādoqz nō ita aggra- uat uel absozbet aīm. ut omnē motū interiozē & exteriozē excludat. sed aliqui motus quan- doqz ex ipa tristitia causant. sic ergo operatio ad tristitiā potest dupliciter cōparari. vno mo- do sicut ad id de quo est tristitia. & sic tristi-

tia quālibet opationē impedit. nunquā enī il- lud quod cū tristitia facimus ita bene facim⁹ sicut illud q̄ facimus cū delectatōne uel sine tristitia. cuius ratio est quia uoluntas est cau- sa opationis humane. unde quādo opatio est de qua aliquis contristat. necesse est q̄ actio debilitet. alio modo comparat opatio ad tristi- tiam sicut ad p̄cipiū & causam. et sic necesse est q̄ opatio talis ex tristitia augeat. sicut quā- to aliquis magis tristat de aliqua re. t̄to ma- gis conat ad expellēdū tristitiā dūmodo spes remaneat expellēdi. alioquin nullus motus uel operatō ex tristitia causaret. **A**d quartū scilicet utrū tristitia magis noceat corpori q̄ alie passiones. dicendū q̄ tristitia inter omēs anīe passiones magis corpori nocet. cuius ratio est quia tristitia repugnat humane uite quantū ad speciem sui motus & non solū quantū ad mensurā seu quantitātē sicut alie passiones. cōsistit enī humana uita in quadā motōe que a corde i cetera membra diffundit. que quidē motio cōuenit nature humane secundū aliquā determinatā mensurā. si igitur ista motio p̄ce- dat ultra mēsurā debitam repugnabit huma- ne uite secundū quātitatis mensuram. nō autē s̄m similitudinē speciei. si autē impediatur p̄cessus huiusmodi motionis repugnabit uite secundū suam speciem. Est autē attendendū in oibus anīe passionibus q̄ trāsmutatio corporalis que ē in eis materialis ē cōformis & p̄portioata mo- tui appetitus q̄ est formalis sicut in omnibus materia p̄portioat forme. Ille ergo anīe passi- ones que ipoztāt motū appetitus ad p̄sequen- dum aliquid non repugnat in tali motione se- cundū speciem. sed possunt repugnare secundū quantitātē. ut amor gaudiū desiderium & hu- iusmodi. et ideo ista secundū speciem iuuant na- turam corporis. sed ppter excessū possunt no- cere. passiones autē q̄ impoztāt motum appeti- tus cum fuga ul' retractione quadā repugnat in tali motōne. non solū secundū quantitātē sed etiam secundū spēm mot⁹. & ideo simpli- citer nocēt sicut timor desperatio & p̄ omnibus tristitia q̄ aggruat aīm ex malo p̄senti cuius ē fortioz impressio q̄z futuri.

**DE REMEDIIS DOLORIS VEL TRISTITIE.**

**(DISTINTIO. XXII.)**

**D**emde cōsiderandū est de remediis doloris uel tristitie. & circa hoc que- runt quinqz. Primo utrū dolor ul' tristitia mitiget p̄ quālibet delectatō- nem. Secundo utrū p̄ fletum. Tertio utrū p̄ compassionē amicoz. Quarto utrū p̄ contem- plationem ueritatis. Quinto utrū p̄ somniū. **A**d primū scilicet utrū quēlibet delectatio mi- tiget quālibet tristitiā uel dolozē. dicendū q̄ sicut ex p̄dictis patet. delectatio est quedā q̄es appetitus in bono cōuenienti. tristitia autem est ex hoc q̄ ipugnat appetitui. unde sic se ha- bet delectatio ad tristitiā i motibz appetitiuis sicut se habet in corporibz quies ad fatigatio- nem que accidit ex aliqua transmutatione

in naturali. nam & ipsa tristitia fatigatōez quādam seu egredudinē appetitiue virtutis impoztat. sicut igitur quelibet quies corporis remediū affert contra quālibet fatigatōem ex quacūq; causa in naturali puenientem. ita quelibet delectatio remediū affert ad mitigandū quālibet tristitiā ex quocūq; pcedat. **Ad secundū** scz utrū fletus mitiget tristitiā ul' dolozem. dicendū q' lacrimę & gemitus naturaliter mitigant tristitiā & hoc duplici ratōe. **Primo** quidē quia omne nociuū interius clausum magis affligit. q' magis multiplicat intentō aie circa ipm. sed quando ad exteriora diffundit tunc intentio aie ad exteriora quodāmodo disgregat. & sic interior doloze minuit. & propter hoc quādo hoies qui sunt i tristitiis exterioris suā tristitiā manifestant uel fletu uel gemitu. uel etiā uerbo mitigat tristitiā. **Secundo** quia semper operatio cōueniēs hoī s'm dispositōem i q' ē. est sibi delectabilis. fletus autē & gemitus sunt quedā opatōes cōuenientes tristato ul' dolenti. & ideo efficiunt ei delectabiles. cū ergo omnis delectatio aliquāter mitiget tristitiā uel dolozem. ut dictū est. sequit' q' p fletū & gemitū tristitiā mitiget. **Ad terciū** scz utrū doloze amici cōpatientis mitiget doloze. dicendū. q' naturaliter amicus cōdolēs in tristitiis est cōsolatiu'. cuius duplicem rationem tangit p'ls in ix. ethi. quarū prima est quia cū ad tristitiāz primeat aggrauare habet ratōem cuiusdā oneris a quo aliquis aggrauatus alleuari conat'. cum ergo aliquis uidet de sua tristitiā alios coneristatos fit ei quasi quedam ymaginatio q' illud onus alii cum ipso ferant q'si conantes ad ipm ab onere alleuandū. & ideo leuius fert tristitię onus. sicut etiā i portandis oneribus corporalibus contingit. **Secūda ratio.** & melior est. quia p hoc q' amici coneristant ei p'cipit se ab eis amari q' est delectabile. ut dictum est. unde cum omnis delectatio mitiget tristitiā. ut dictū est. sequit'. q' amicus cōdolens tristitiā mitiget. **Ad q'rtum** scz utrū cōtemplatō ueritatis mitiget dolozem. dicendū. q' sicut supra dictū est in cōtemplatione ueritatis maxima delectatio consistit. omnis autē delectatio doloze mitigat. ut dictū est. & ideo cōtemplatio ueritatis mitigat tristitiā uel doloze. & tantomagis quanto magis aliquis pfectius est amator sapiētie. & ideo hoies ex cōtemplatione diuina et future beatitudinis in tribulatiōibus gaudēt. secundū illud. **Iac. i.** Omne gaudiū existimate fratres cū i temptatōes uarias incideritis. et q' ē amplius etiā iter corporis cruciatus h'mōi gaudiū inueniē. sicut tyburcius martyr cum nudatis plantis sup ardētes p'zunas incederet dixit. uide mibi q' sup roseos flozes incedam in noie ihesu cristi. **Ad quintū** scz utrū somnus uel balneū mitiget doloze. dicendū q' sicut dictus est tristitiā secundū suam speciem repugnat uitali motiōi corporis. & ideo illa que refozmant naturā corpalem in debitū statū uitalis

motiōis repugnat tristitię. & ipam mitigat p hoc etiā q' huiusmodi remediis reducitur natura ad debitū statū causat' ex hīs delectatio. hoc em est q' delectatōem facit. unde cum omnis delectatō tristitiā mitiget p huiusmodi remedia corporalia tristitiā mitigatur.

**DE BONITATE VEL MALITIA DOLORIS VEL TRISTITIE. DISTINTIO. XXIII.**

**O** Emde considerandū est de bonitate uel malitia. doloris uel tristitię. Et circa hoc querunt sex. **Primo** utrū omnis tristitiā sit malum. **Secundo** utrū possit esse bonū honestū. **Tercio** utrū possit esse bonū utile. **Quarto** utrū doloze sit summū malū. **Quinto** qualiter om' s hoies se debeant habere circa passionem doloris. **Sexto** qualiter omnes hoies se habere debeant circa tristitię passionem. **Ad primum** scz utrū omnis tristitiā sit malum. dicendū q' aliquid potest dici bonū ul' malum dupliciter. uno modo simpliciter sicut dictū est & secundū se. & sic omnis tristitiā est quoddā malū hoc em ipm q' est appetitū hominis anxiant' de malo p'senti ratōem mali habet. **Impedit** em p hoc q' uies appetitus in bono. **Alio modo** dicit' aliquid bonū uel malū ex suppositōe alterius. sicut uerecundia dicit' esse bonum ex suppositōe alicuius turpis cōmissi. ut dicit' i. iiii. eth. sic igit' supposito aliquo cōristabili. uel doloze ad bonitatē primeat q' aliquis de malo p'senti tristit' uel doleat. q' em non cōristaret' uel non doleret nō posset esse. nisi quia uel nō sentiret. uel quia non reputaret sibi repugnā & utrūq; istoꝝ est malum manifeste. & ideo ad bonitatem primeat ut supposita p'sentia mali sequat' tristitiā ul' doloze. & hoc ē q' **Aug.** dicit. viii. sup gen. ad literā. adhuc ē bonū q' dolet amissum bonū. nam nisi aliquod bonū remansisset in natura. nullius boni amissi doloze esset in pena. sed q' sermones mozales sūt in singularibus quoꝝ sunt oppositiōnes illud quod suppositōe bonū est debet bonū iudicari. sicut q' est ex suppositōe uoluntariū. uoluntarium iudicat'. ut dicit' i. iiii. eth. & supra habitum est. **Ad secundū** scz utrū tristitiā possit habere ratōem boni honesti. dicendū q' secundū illam ratōem qua tristitiā est bonū pot' esse bonū honestū. **Dictū** ē em quod tristitiā est bonū. secundū cognitōem & recusatōem mali. que quidem duo i doloze corporali attestantur bonitati nature ex qua puenit q' sensus sentit. & natura refugit lesiū q' cāt doloze. In interiori uero tristitiā cognitio mali. quandoq; quidem ē per rectū iudiciū ratōnis. & recusatio mali est p uoluntatē bene dispositaz detestantē malū. omne autē bonū honestum ex hīs duobus pcedit scz ex rectitudine rationis et uolūtatis. unde manifestū est q' tristitiā potest habere ratōem boni honesti. **Ad terciū** scz utrū tristitiā possit esse bonū utile. dicendū q' ex malo p'senti insurgit duplex appetitus motus. **Vnus** quidē quo appetitus cōrriat'

malo presentis. & ex ista parte tristitia non habet utilitatem. quia id quod est presentis non potest esse non presentis. Secundus motus consurgit in appetitu ad re fugiendum uel repellendum malum contristans. & quantum ad hoc tristitia habet utilitatem. si sit de aliquo quod est fugiendum. Est enim aliquid fugiendum dupliciter. Vno modo propter seipsum ex extrinsecitate quam habet ad bonum sicut peccatum. & ideo tristitia de peccato utilis est ad hoc quod homo fugiat peccatum. sic apostolus dicit. ii. ad cor. vii. Gaudeo non quia contristati estis. sed quia contristati estis ad penitentiam. Alio modo est aliquid fugiendum. non quia secundum se sit malum. sed quia est occasio malum dum uel homo nimis inheret ei pro amore. uel etiam ex hoc precipitatur in aliquod malum. sicut patet in bonis temporalibus. & secundum hoc tristitia de bonis temporalibus potest esse utilis. sicut dicitur ecci. vii. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuii. in illa enim finis cunctorum amoneat hominem. Ideo autem tristitia in omni fugiendum est utilis. quia gemmat fugiendi causa nam ipsum malum secundum se fugiendum est. ipsam autem tristitiam secundum se omnes fugiunt. sicut etiam omnes bonum appetunt et delectationem de bono. sicut ergo delectatio de bono facit ut bonum auidius queratur. ita tristitia de malo facit. ut malus uehementer fugiat. Ad quartum scilicet utrum dolor corporis sit summum malum. dicendum quod impossibile est aliquem dolorem uel tristitiam esse summum boni malum. omnis enim tristitia seu dolor aut est de hoc quod est uere malum. aut est de aliquo apparenti malo quod est uere bonum. dolor autem seu tristitia que est de uere malo non potest esse summum malum. est enim aliquid eo peius scilicet uel non iudicare esse malum illud quod est uere malum uel etiam non refutare illud. tristitia autem uel dolor que est de apparenti malo quod est uere bonum non potest esse summum malum. quia peius est omnino alienari a uero bono. unde impossibile est quod aliqua tristitia uel dolor sit summum hominis malum. Ad quintum scilicet qualiter omnes homines debeant se habere circa passionem doloris. notandum est quod multiplex est dolor. scilicet dolor appetendus. dolor recolendus. dolor assumendus. dolor deponendus. dolor sustinendus. dolor prouidendus. dolor precauendus. Est enim dolor appetendus scilicet dolor contritionis. de hoc osee. xiii. Colligata est iniquitas effraym uinculo scilicet male uoluntatis & prauae consuetudinis. de qua dicit Augustinus in libro confessorum. Ligatus eram non ferro alieno sed mea ferrea uoluntate. uelle meum tenebat inimicus. & inde cathenam sibi fecerat & constrinxerat me. quippe ex uoluntate non re frenata facta est libido et dum seruus libidinis facta est consuetudo. & dum consuetudini non resistitur. facta est necessitas quibus quasi anulis sibi in nexis me tenebat astrictum. Sequitur Absconditum est peccatum eius quasi gladius in corpore. uenenum in uentre. serpens in sinu. latrones in domo. et ignis in lecto. Sequitur Dolores ut prurientis uenient ei. sicut enim mulier

cum delectatione concipit. sed cum maiori dolore prurit. sic peccator cum delectatione peccat. sed cum dolore in comparabiliter maiori quam fuerit delectatio penitere debet. quod bene significatur. cum dicitur. dolores ut prurientis. in pruriente tantus est dolor ut pro dolore deficere uideatur. nec est in ea membrum quod non angustia repleatur sic penitens adeo uehementer dolere debet. quasi totus dolore deficiat. sicut docet Augustinus dicens. Doleat peccator & de dolore gaudeat & non satis ei sit quod doleat. sed non semper se doluisse dolere. mirum certe quod de dolore gaudium generatur & quanto uehementior est dolor. tanto maius gaudium inde consequitur. Item pluraliter dicitur dolores. quia secundum multitudinem peccatorum debet esse multitudo dolorum. quia de quolibet speciali peccato debet haberi specialis dolor. Item de quolibet semel facto non sufficit semel dolere. sed quotiens recolit homo se peccasse. Ideo de uno peccato oportet habere multos dolores. Ideo dicitur ysa. xiii. Torziones & dolores te nebunt quasi pruriens dolebit. Item est dolor recolendus scilicet dolor dñice passionis. ad hoc nos hortatur ipse dominus tre. i. O uos omnes qui transitis per uiam attendite & uidete si est dolor similis sicut dolor meus. in cuius memoriam eius ymago in pietibus depingitur in ecclesiarum medijs quasi in locis patentioribus exalatur figuratur in uitreis & cruces in uiarum cõpitis eleuantur. ut eius memoria semper ubique & ab omnibus habeatur. Hic dolor designatur per dolorem capitis cui dolenti condolent omnia membra corporis nisi sint mortua. ut patet in paraliticis uel abscisa ut patet in mutilatis. ideo bene potest dicere cor de uerbo. caput meum doleo. Quamuis esse debeat iste dolor in corde cuiuslibet fideliter condolentis. ostendit zach. xii. dolebunt super eum sicut doleri solet super mortem unigeniti. Item est dolor assumendus scilicet dolor compassiois. sicut uni membro dolenti condolent omnia membra. cuius signum est quod quando dolet unum membrum statim os aperit ad querendum remedium. auris ad audiendum. oculus ad uidendum. manus ad tangendum uel ligandum. Nos autem omnes sumus membra unius corporis. sicut docet apostolus. ro. xii. Multi unum corpus sumus in christo. huius compassionis exemplum habemus. Iere. xx. Quare de uulua egressus sum ut uiderem laborem & dolorem. Item tre. i. Attendite uniuersi populi & uidete dolorem meum. iuuenes mei et uirgines mee abierunt in captiuitatem scilicet dyaboli eos pro peccato miserabiliter captiuatis & de captiuitate in horrendum inferni carcerem pertrahetis. hoc autem uehementius est dolendum quam iuuenes & uirgines in quibus flozere deberet innocentie pulchritudo a dyabulo captiuantur. Item exemplum condolendi fratribus uestris ostendit apostolus. ro. ix. Tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo. optabam enim anathema esse a christo pro fratribus meis. Attende quomodo potius sibi inuicem condolentes mutuo se adiuuant si clamat unus eorum. omnes accurrunt percussum

adiuuare uel detentū liberare nituntur. sed multi sunt sicut canes qui canē percussū lacerant persequuntur & mordēt. ita si unus peccauerit alii diffamant & improperant. si in paupertatem deuenit. clamāt uilipendunt & derident. & si quid ei remanserit. auferre molunt. si diffamant iniuste. alii statim fidem adhibēt infamie uerba dissemināt multiplicāt exaggerant & augmentant. si persequitōem patiē alii simili persequuntur. unde ps. ait. Quē tu percussisti persequuti sunt. & super dolorem uulnerū meorum addiderūt. Item est dolor deponendus. hic est dolor inuidie quē dicitur de prosperitate fraterna. sed de hoc dicemus infra diffusius capitulo de inuidia. **I**tem est dolor sustinendus. hic est dolor aduersitatis temporalis. de quo eccl. ii. In dolore sustine & in humilitate tua patientiā habet. huius exemplū habemus. ii. Mach. vi. De eleazarō qui tanquā miles strenuus pro lege dei sustinens passionem dixit. Dñe qui habes sanctā scientiā. manifeste tu scis quia cū a morte possem liberari. duos corporis sustineo dolores. secundū autem uero propter timorē tuū libenter hoc patior. Item exemplū euidentissimū est de xpō de quo dicitur ysa. liii. uīdimus eum & nō erat aspectus & desiderauimus eū despectū & nouissimū uirore uirum dolore & scientē infirmitatē. & quasi absconditus uultus eius & despectus. unde nec reputauimus eū. uere languores nostros ipse tulit. & dolores nostros ipse portauit. & nos reputauimus eū quasi leprosum & percussus a deo & humiliatū. si igitur pro nobis dolores sustinuit. multo magis pro nobis debemus non solū patienter. immo etiā letiter sustinere dolores. Item si pro incerta sanitate corporis post modicū morituri multa grauiā sustinemus. quāto magis pro salute anime imortalis. Item inter ipsos dolores si ipsos propter deum uoluntarie sustinemus. deus misericors multas consolatiōes imittit. sicut ait. ps. Secundum multitudinē dolorum meorum in corde meo consolatiōes tue letificauerūt animā meā. & apłs. ii. cor. i. Sicut abundāt passionēs christi in nobis. ita & pro christum abundat consolatio nra. Item ad hoc mouere nos debet in comprehensibilis pmi magnitudo. Nam expectatio pmi minuit uim doloris. nō sunt autē cōdigne passionēs huius temporis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Ro. viii. Item est dolor preuidentis scilicet dolor mortis corporalis. Nam sic dicit apłs. i. thes. v. Cum dixerit pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus. ecce quod aduentus mortis inopmatu est & incertus. Nihil enim morte certius. sed nihil incertius hora mortis. nihil uenit uelocius. nihil inuadit acrius. sicut dolor in utero habentis. ecce quod dolor est grauissimus. in partu ruptis carnibus uix egreditur fetus de uentre. sed in morte extrahitur anima de toto corpore. Et nō effugient. ecce quod dolor perpetuus & inuitabilis. attende quod periculosum sit non prouidere sibi ante mortem. quia tunc dolores intolerabiles corpus excre-

ant. peccata omnia prius facta subito occurrētia cum desperatiōe agende penitētie animam perturbant. infernales pene ad quas anima se uidet irremediabilē descensurā. ineffabiliter ipsam terrent. tandem demones horribiles & crudeles eam expectantes infestāt. Quid igitur faciet anima misera sic undiq; obsessa. hec omnia breuiter tangit. ps. dicens. Circūdederūt me dolores mortis & torrentes iniquitatis cōturbauerūt me. dolores inferni circūdederūt me. pro occupauerūt me laquei mortis. Hec ad presens sufficiāt. quia infra dicemus latius de morte & hiis que ad mortē primēt. **I**tem est dolor precandus scilicet dolor supplicii infernalis. de hoc baruth. ii. Non audierit uocē tuā dñe & ecce mortui sunt in doloribus pessimis. mali sunt huius dolores propter acerbitatē incompabilem. Ibi enim ululabunt miseri sicut lupo in pedica. & sicut canis qui excoriatur. unde ysa. lxi. Serui mei laudabūt pro exultatiōe cordis. & uos clamabitis pro dolore cordis & pro stritiōe spiritus uulabitis. Secundo peiores sunt huius dolores propter anxietatē imitigabilem. nulla enim spes erit aliuatiōis uel inter. polatiōis. unde apoc. xvi. Cōmanducauerūt linguas suas pro dolore & blasphemauerūt deū celi pro doloribus & uulneribus suis. Item Ier. xxx. Insanabilis est dolor tuus pro multitudinē iniquitātū tuarū. **T**ertio pessimi sunt propter eternitatē interminabilem. tūc cum derisione diceēt illis. ambulatē in lumine ignis uestri & in flāmis quas succēdistis uobis in doloribus dormietis. yronice dicta sunt quia nec ignis inferni lumē habet. sed est horribiliter tenebrosus nec reprobi in doloribus dormire poterūt nec requiem inuenire. unde ier. xv. dicitur. in persona cuiuslibet damnati. Quare factus est dolor meus perpetuus. **S**equitur. **R**espō. Et pro quia. plaga mea incurabilis renuit curari. ut poterūt se dicere. hec omnia in initia sunt dolorum. Math. xxiii. Quia dolores eorum semper erūt quasi incipientes etiā post infinita secula nunquā puenientes ad finē. **A**d sextum scilicet qualiter omnes homines se debeāt habere circa passionē tristitie. Notandū est quod sicut docet apłs. ii. cor. vii. Quedā est tristitia secundū deū. que dam huius seculum. prima laudabilis. secūda uituperabilis. **C**irca primā debemus diligenter attendere. quod si iustus homo sciret & uellet sapienter aduertere undiq; sibi tot occurrerent cause tristitie. quod nunquā in uita presenti sine tristitia posset esse. Inuenit enim homo materiā & ratōem tristitie & respectu sui & respectu dei & respectu proximi. **P**rimo quidē in seipso reperit & sensibilibiter expitur ratōem tristitie quod puenit ex languore conditiōis. ex dolore cōpunctiōis. ex angore afflictōis. **E**x languore quippe conditiōis primarie oritur tristitia magna ualde. & eo maior quo insuperabilis & insepabilis est a nobis. ubiq; enim & semper circūferimus nobiscū tristitie rationē. Dicitur autē oriri ex languore conditiōis siue corruptiōis. quoniam ex peccato primi hominis inest anime nostre langor quidā

& debilitas. ut nec malo possimus sicut vellemus resistere nec bonum desideremus sicut expediret agere. aut si oporteret appetimus propter quod in persona cuiuslibet nostrum apud gemiscens exclamat dicens. ro. vii. Ego carnalis sum uenudatus sub peccato. non enim quod uolo bonum hoc ago. sed quod odi malum illud facio. Inuenio igitur aliam legem uolenti mihi facere bonum. quam mihi malum adiacet. **V**ideo igitur aliam legem in membris meis. repugnantem legi mentis mee. et captiuantem me sub lege peccati. **N**one considerata tali miseria. debet in nobis esse tristitia usque ad mortem. **N**am et christus miserie nostre pie copatiens dicit. **M**atth. xxvi. **T**ristis est anima mea usque ad mortem. **N**on enim propter timorem passionis pie iesu tristabar. propter quam proferendam ueneras sed propter nostram miseriam tristis eras. **I**deo bene dicitur eccl. vii. **C**or sapientis ubi tristitia. in seipso inuenit rationem tristitie. ideo in seipso debet cor suum conuertere. ut & miseriam suam defleat & languorem suum excutiat. malum pro posse suo caueat. & bonum agere non tepescat. hanc miseriam suam propter lametabiliter deplorando dicebat. **M**iser factus sum & curuatus sum usque in finem tota die contristatus ingrediebar quam lumbi mei impleti sunt illusionibus & non est sanitas in carne mea. miser factus sum. inquit. **M**iser est qui quod desiderat non habet. & non desiderat quod deberet. & multa sibi eueniunt que non uellet. que non assequitur quod delectet & pati cogit quod molestet qui proficua sibi negligit uel occidit. & noxia concupiscit. **O**mnis homo qui hec omnia experit in se debet dicere cum dolore. miser factus sum. **E**t incuruatus sum. inquit scilicet ad inferiora adeo inquam incuruatus ut non rectus incedere nec ad opus bonum expedire procedere nec sursum respicere id est celestia ualeam contemplari. unde dicebat manasses rex. ii. pali. ultimo. **I**ncuruatus sum multo uinculo ferri & non est respiratio mihi. propter hoc bene subdit in aueritate premissa. tota die. id est toto tempore uite mee. contristatus. id est de predicta miseria turbatus ingrediebar in cor meum ad status mei pericula explorandum & meam miseriam deplorandum. & merito debeo tristis esse quam lumbi mei impleti sunt illusionibus. frequenter immixtis a demone. & non est sanitas in carne mea. id est in istis temporibus a carne. **S**ecundo puenit in nobis tristitia ex dolore concupitionis. de qua dicit apud. ii. cor. vii. **C**ontristati estis ad penitentiam. bona est tristitia que deo cedit ad honorem & anime puenit ad salutem. que sit ad gloriam dei. dicitur baruth. ii. **A**nima que tristis est super magnitudinem mali. id est peccati commissi. & incedit curua & infimis. id est curuata ceruice superbie tenet se in infimis humilitatis. infima se preteritis reputando & infima humilitatis opera exercendo. & oculi deficientes. pro lacrimis contritionis quo ad se concupitionis quo ad proximum deuotionis quo ad deum. & anima esuriens. id est ardentem desiderans opera bona facere. meritum acquirere. diuinam

dulcedinem gustare. & ad eterne uite gaudia puenire. talis inquam anima dat tibi gloriam et iustitiam domino quam iustitiam exercet de seipsa. satisfactio de peccatis propriis exolendo & honorem dei in omnibus suis operibus incendendo. sic ergo patet quod hec tristitia sit ad gloriam dei. **I**tem quod hec tristitia sit ad salutem anime testatur apud. ii. cor. vii. dicens. **Q**ue secundum deum est tristitia penitentiam in salutem stabilem operatur. bona est tristitia que a deo infunditur. que secundum deum mouetur. propter deum operatur. ad deum ordinatur. & a deo eternaliter remuneratur. **I**sta operatur penitentiam id est satisfactioem condignam in salutem stabilem id est salutem anime non corporis. quia illa non est stabilis sed breuis mutabilis & incerta. **T**ertio puenit in nobis tristitia ex angore afflictionis. sane multiplex est in nobis afflictio cordis & corporis id est temptaciones tribulationes angustie oppressiones & penurie sollicitudines & labores et alia multa. sine quibus non agitur uita presens. **I**deo dicit. i. pe. i. **E**xultabitis modicum nunc si oportet contristari in uariis temptacionibus & exultabitis inquam. si oportet peccato pro merente dei iustitia exigente ex sapientia ordinata et clementia faciente. oportet ergo significat necessitatem in euitabilem. tristari nunc. designat temporis breuitatem modicum denotat leuitatem. quod autem modicum est et leue tribulationis nostre. eternam gloriam pondus operatur in nobis. ii. cor. et ro. viii. **N**on sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. uere non sunt condigne nec compatibles passionibus huius temporis ad peccatum quod remittitur ad gratiam que infunditur ad meritum quod acquiritur. ad consolationem que imittitur. ad eternam penam que euaditur. ad futuram gloriam que promittitur in uariis temptacionibus. siue sint a deo probate ut approbet. siue ab homine molestante. siue a carne instigante. siue a demone infestante. **O**mnia mala que hic patimur temptaciones quedam sunt. quibus probatur uirtus nostra uel uicitur. nunc enim est tempus probationis. tunc id est in futuro erit tempus professionis. sicut namque in religione nouitii. primo probationem antequam profiteantur. sic nos in uita presentis probamur in qua probatio si bene humiliter et deuote uixerimus. recipiemur in sacrum collegium et gloriosum consortium beatorum. si autem in deuoti indisciplinati. inobedientes et rebelles diuine uoluntati fuerimus abiiciemur et turpiter expellemur. magna ergo gratiam facit deus homini quem in tribulatione probat. ut approbet et approbatum recipiat in collegium beatorum. unde dicit. i. pe. ii. hec est gratia si propter conscientiam dei id est conscientiam bonam diuinitus in formata et a deo per gratiam inhabitata. uel propter conscientiam dei id est in temptacionem honoris diuini sustinet quis patienter sine murmure tristitias id est tribulationes que sunt occasio & materia tristitie. **A**duertendum est autem quod tristitia quandoque scilicet est motus quidam precedens iudicium rationis. et isto modo bene est tristitia in uiris iustis. et fuit etiam in christo. sicut dicitur **M**atth.

.xiiii. **C**epit contristari et mestus esse. et sic est passio subuertens iudiciū ratōis. et sic non cadit in uirum iustū. sicut dicit puer. xii. **N**ō cōtristabit iustū quiddā ei acciderit. unde tho. i. dicit. **N**on est cōtristatus contra deū q̄ pla ga cecitatis euenit ei. **E**t de christo dicit ysa. xlii. **N**on erit tristis neq; turbulētus. **I**tem occurrit nobis occasiones tristitie si cōsideremus ea que sunt ad pximū. uideamus em̄ frequenter amicos nostros & pximos delinquentes aduersa sustinentes uel de uita decedentes. **D**ebemus autē correctionē delinquentibus compassionē sustinentibus. affectionē decedentibus. **E**st ergo tristitia correptiua delinquentiū. cōpassiua sustinentiū. & deploratiua decedentiū. est inq; tristitia correptiua delinquentium. **N**am uidentes pximū delinquere uel audientes deliquisse. debemus eū ex caritate corripere. **S**icut ait sapiēs eccl. xi. **C**orripe amicum. sepe em̄ fit cōmissio. idem. corripe amicum. ne forte n̄ intellexerit. etsi intellexerit ne forte iret. **H**ec autē correptio licet pcedat ex dulcedie caritatis. tñ frequenter expedit eā fieri cū quadam tristitia id est austeritate uultus & pōdere uerboꝝ & efficacia sermonis. ue ostēdatur zelus ad eū qui corripitur. & displicētia peccatorū. **N**am si molliē pferat uerbum correptionis & tepide. nō mouet nec penetrat animū delinquentis. unde nec erubescit de preterito nec metuit de futuro. **P**eccant ergo qui uidentes pximū delinquentē ridēt & uidentur applaudere. uel cū risu & quadā uerboꝝ molliē corripit. ex timore uidelicet aut fauore. **I**deo dicit eccl. iiii. **M**elior est ira risu. qm̄ per tristitiā uultus corripit animus delinquentis. **C**orripit ergo tristitiā uultus ostendat id ē displicētiā pcti. uel si forte corripere non audeat ppter persone magnitudinē uel status celsitudinē. saltē tristitiā uultus ostendat in signum displicētie. quia sic corripitur animus delinquentis. unde puer. xxv. dicit. **V**entus a quo illo dissipat pluuias. & facies tristis liguā detrahentē. **S**icut em̄ cum aliquis detrahit aliis. si rideant auditores. ostendūt sibi detractōia uerba placere. & ex hoc p̄bent detractōibus audaciā detrahendi. sic ecōtra ostendendo tristitiā uultus exprimit audaciā obloquendi & ita est etiā de aliis peccatis. hec est ergo tristitiā correptiua delinquentiū. **I**tem est tristitiā cōpassiua sustinentiū. **N**am s̄m aplm̄. si patit vnū membzū cōpatiunt alia mēbzā. **E**t si corporibus patientiū pximoz debemus compati quantomagis animabus eoz. utpote cum uideamus aīas christi sanguine redēptas peccare & ad dānationē currere. quas tñ retrahere n̄ ualemus. **I**deo dicebat apls zelo caritatis accēsus. ro. ix. **T**ristitiā mihi magna ē & dolor cōtinuus cordi meo. optabaz em̄ ipse anathema esse a christo p fratribus meis saluādis scz ul' iuuandis. id ē optabā si sine peccato possz optari. q̄ ad tēpus in uita uidelicet ul' post mortem separer a dño iesu christo. ut illi nō sepa-

retur eternaliter. **S**imile habemus exo. xxxii. **N**am cū peccassent filii israhel ī deserto uirtu- lū cōflatilem adozādo. uident moyses irā dñi grauius cōtra eos accensam. orando dicebat. **O**bscero dñe peccauit ppls tu' pctm̄ magnū. aut dimitte eis noxam hanc. aut dele me de libro tuo quē tu scripsisti. **A**it etiā ipse christus **Matth. xxvi.** **T**ristis est aīa mea usq; ad mortem. **O** dñe ihesu unde p̄ueit tibi ista tristitia **N**unqd ex timore passiois instātis. absit hoc a cordibus fideiū cogitare. **N**on em̄ ppter timorē passiois ad quā p̄ferēdā ueneras. et quā pro salute nostra summo desiderio optabas tristis erat aīa tua sanctissima. s; de damnatione pessimi proditoris. de lapsu aploꝝ. de p̄fidiā iudeoz. de ingritudinē falsoꝝ christianoz. **H**eu quot hodie nobis occurrit cause tristitie qui tot paupes uideamus quotidie grauari tēporaliter affligi corporaliter. angustiari mentaliter. insuper innumerabiles aīas dei timore reiecto sue salutis imemores multiplicare flagitia & precipitanter currere ad eterna supplicia. **I**tem ē tristitiā deploratiua morientiū. & ista quodā modo naturalis ē. **N**aturale em̄ ē q̄ homo de separatione dilecti doleat. cui uiuenti cōiuiere se gaudebat. nec est possibile quim caro sentiat diuisionē carnis id ē quim carnalis sensu aliter sentiat separationem pximi cōiuncti sibi mentaliter. ul' carnaliter attrinētis. p̄cedit ergo hec tristitiā ex radice carnalis affectōis. s; iudicio ratōis ē mediocriter tempanda. sic docet sapiēs. eccl. xxxviii. **F**ili in mortuū pduc lacrimas ex affectione. & quasi dira passus incipe plorare scz sine fictione. cōtra multos qui se plorare fingūt ut uideant amici fuisse defuncti. sed ille lacrimę uel false sunt. quia nō p̄cedūt ex amore. ul' dolore. p̄cedētes ex gaudio nō dolore. **S**equit. **E**t secūdū iudiciū cōtege corpus illius. **S**ecūdum iudiciū inq; id ē s̄m discretōem. & secūdū approbatam cōsuetudinē patrie. & s̄m modū facultatis sue. & secūdū dignitatē psone defuncte. **E**t nō de sp̄ieas sepulturā ipius. **C**urandū est em̄ q̄ sepeliat ubi sepulturā elegit. uel ī sepulchris maiorum id ē progenitorū suoz. uel ubi mai' ad iutoriū suffragioꝝ habebit. **H**oc autē n̄cīmū ī electione sepulture principalis est curandū. **P**ropter delaturā aut. id est ne alii te accusēt de inhumāitate et remisso amore. **A**mare ferlutum illius uno die. & cōsolare ppter iustitiā dei. scz cuius uolūtati debet uoluntas hoīs cōformari. a qua si secūdum ratōis iudiciū dissonaret peccaret. unde & si secūdū motū sensualitatis non possit homi placere mors amici tñ secūdū iudiciū ratōis et deliberatiuū motum uolūtatis debet sibi non displicere. hec ē em̄ letētia dei iusta id ē iuste p̄t pctm̄ inflicta ut de mūdo isto non nisi p mortis angustiaz trāseam. unde ait Greg. amicoꝝ nos amissio tanto debet tolerabilius contristare. quāto amissuros nos illos conditio mortalitatis exposcit. item cōsolare p̄opter iustitiā defuncti.

Nā quāto melius vixit et maioris meriti fuit tantominus est dolendū. Quanto uero deterioris uel infamioris uite fuit. tanto uehementius est lugēdū. vnde sequit̄ hic statim. & factū secundū meritū eius uno die uel duob⁹. Et prima thes. iiii. Non cōtristemī sicut ceteri qui spem nō habent. qui em̄ nō sperant de salute defuncti. magnā habent causam et materiam diutius et uehementius lamērandi. s; sunt nōnulli qui nō lugent mortuos. sed seipos n̄ considerātes bonitatē uite. sed utilitatē p̄sonę neq; cogitantes de penis quas mortui habent sustinere post mortē. deflent amissionē benēficiōꝝ auxiliū uel honozis antea p̄ceptoꝝ. uel imposterū spatoꝝ. nec recogitāt quō possint eos elemosinis ieiuniis & oratōibus adiuuare. sed quō bona eoz poterūt obtinere. ubi dictū est sup̄a. Consolare p̄pter iustitiā. alia littera cōmunioz ē p̄pter tristitiā. ne sc; absorbearis nimia & imoderata tristitia. a tristitia em̄ festinat mors anīe & corporis. & coopit virtutem id est facultatē bene agendi. & tristitia cordis flectit ceruicē. id ē debilitat potētiā sustinēdi. Videns ergo q̄ imoderata tristitia abbreuiat uitam corporis. & inducit mortē anime. generat accidiā. & causat ipatenciā. Ideo consequēter hortat̄ sapiens ibidē. Ne dederis in tristitia cor tuū. id ē non sequaris tristitię passionem. nec desolatōis impetū p̄sequaris. sed repelle eam a te. Modū aut̄ repellendū docet optime cum subiūgit. Memento nouissimoꝝ. id est mortis tuę futuri iudiciū. ī quo secundum facta tua recipies. Infernaliū tormentoꝝ. ne incurzas. Celestiū gaudioꝝ. ne p̄ imoderatam tristitiā illa p̄das. Sequit̄. Neq; em̄ est cōuersio. id ē ille non cōuertēt seu reuertēt ad te. s; tu ibis ad eū. Sicut ait dauid de filio suo. mortuo. Nunquid potero eū reuocare amplius. ego uado magis ad eum. ille uero non reuertēt ad me. Sequit̄. Et huic. id est mortuo. nihil p̄deris. teipm̄ imoderate p̄ tristitiā affligendo. & teipsum pessimabis. q; & corpus tuū pessime grauabis. & aiām damnificabis pessime ul' dānabis. eccl̄i. xxx. Multos occidit tristitia & n̄ est utilitas ī ea. Item occurrit nobis cause tristitie. si cōsideremus ea q̄ sunt ad deū. Nam ī deuotis cordibus. puenit tristitia ex recordatione dominice passiois. ex emulatioe diuine de honozatōis. & ex plōgatoe optate possessiois.

**P**rimo quidem in nobis debet esse tristitia ex recordatione dñice passionis. Nam cū in eo fuerit tristitia imminente passione. sicut ipse testat̄. tristis est aīa mea usq; ad mortem. non fuit ī eo ex timore passionis. quā nō timebat. p̄culdubio. sed optabat. sed inter alias ratōes tristitie. fuit una mgratitudo nostra. quia videlicet tm̄ beneficiū. nec digne recognoscim⁹. nec deuote recolimus. nec gratias agimus. ut debemus. vnde in ps̄. cōquerit̄ dicens. Sustinui id est expectaui qui simul contristaret̄ & non fuit. qui solaret̄ & nō inueni. Igit̄ si pius dñs sup̄ igratitudie nostra tristis erat usq;

ad mortem. & nos sup̄ in deuotione nostra et igratitudie tristes esse debemus. Eius itaq; tristitiam studeamus nobis assumere & deuotione fideli totam ī nobis sue passionis tristitiā excitare. sicut ait aīa deuota. tre. iiii. Memoria memoꝝ ero. & tabescet in me aīa mea. Et ps̄. dicit. Quasi lugēs & tristat⁹. sic humiliabar. Attende q; dñs discipulis de passione sua tristibus et iuicem cōferentibus iunxit se mediū & confortem. Sicut dicit̄ Luce. xxiiii. & ait. Qui sunt hii sermones quos ofertis ad iuicē ambulantes. & estis tristes scripturas que de ipso erant apuit. mentes eoz interiorius illustrauit. & ad amorē suū uehementius inflāmauit. Sicut ipsi testant̄ dicentes. nōne cor nrm̄ ardens erat in nobis dū loqueret̄ in uia. & aperiret̄ scripturas. sic et nobis pie suā passionem recolentibus. ac de ea cum aliis uel ī corde nro cōferentibus se dignāter associat. mentes illuminat & inflāmat. Hec ergo tristitia quā ī nobis assumimus & excitare satagimus. in gaudiū cōmutatur. Sicut ipse discipulis suis p̄misit. Ioh̄. xvi. Vos tristabimini. sed tristitia uestra uertēt in gaudiū. Item est tristitia. pueniēs ex emulatioe diuine de honozatōis. quia uidelicet leges eius lacerant̄. p̄cepta negliguntur. consilia contēnunt̄. nom̄ eius blasphemat̄. & honoz ei debitus cōculcat̄. ac p̄sequēs anime suo sanguine p̄cioso redēpte damnant̄. Vnde Ioh̄. xvi. discipul̄ suis ait. Amen amen dico uobis. quia plozabit̄ p̄ mea de honozatione. & flebit̄. p̄ animarū damnatōe. mūd⁹ aut̄ gaudebit. gaudio quodā ifano. sic freneticus ridet & gaudet. medicus aut̄ luget. sic p̄fecto miseri p̄ctōzes gaudēt ī falsa felicitate et p̄ speritate mūdana. nō aduertētes q; ī puncto ad inferna descendūt. uos aut̄ contristabimini. Huius tristitie exemplū habem⁹ notabile p̄ima. eld̄e. ix. ubi dicit̄ q; cum ipi eld̄e nūtiatū fuisset filios israhel cōtra legē dei uxores alienigenas accepisse. scidit uestim̄ta sua. & euulsit capillos capitis sui in signū uehementissimi doloris. Dolebat em̄ tam de transgressione diuine legis q; de offensa dei. q̄retia de damnatione id ē dānabili p̄ctō populi sui. vnde dicit̄ ibi. Ego sedebaz tristis usq; ad sacrificiū uesp̄timū. Et sequit̄. & in sacrificio uesp̄tino curuauī genua mea. & expandi manus meas ad dñm. & dixi. dñe deus meus cōfundoz & erubescio leuare faciē meam ad te. qm̄ iniquitates nostre multiplicatae sunt sup̄ caput nostrū. & delicta nostra creuerūt usq; ad celū. id ē usq; ad tue maiestatis contēptū. Item est tristitia pueniens ex subtractione diuine diuinitōis. Anima nāq; sancta diuine dilectōis igne lucensa. feruenter desiderat deū habere p̄sentē. siue in p̄senti uita p̄ experimentale gñstium suauitatis interne. siue in futuro p̄ adeptiōnē felicitatis eterne. Sicut ait. ps̄. Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū. ita desiderat anima mea ad te deus. sitiuit aīa mea ad deū fontē uiuū. quando ueniam & apparebo ante



faciem dei &c. Et quia deus dispensatiue presentiam suam quandoque subtrahit. ut ardentius appetat. exciteat deuotio. & meritum augeatur. ideo humiliter conquerendo dicit idem ps. Quare oblitus es mei. & quare tristis incedo. dum affligit me inimicus. sed quia propter utilitatem nostram sic se subtrahit. Ideo dicit Iob. xvi. Vado ad eum qui me misit id est presentiam meam coram populo subtrahit. sed quia hec locutus sum uobis. tristitia impleuit cor uestrum. sed ego dico uobis. expedit uobis ut ego uadam. Sicut autem expediebat apostolis quod christus suam presentiam corporalem subtraheret. ut se spiritualiter & sublimius ipsi amare discerent. ita nobis expedit quod de aliquo se a nobis quasi subtrahere uideat. ut non propter breuem & momentaneam delectationem que de ipso sentit multum exiliter in presenti que ramus eum. sed propter imensam. ineffabilem & eternam. Est igitur in nobis tristitia. quando se spiritualiter subtrahit in presenti. sed maior est quod ad fructum eius felicem peruenire differimus in futurum. Sic ergo declaratum est quod multiplex est causa tristitie secundum deum. que est laudabilis.

Consequenter uidentur de tristitia que est secundum seculum & est culpabilis. Homines autem mundanis filiis huius seculi multiplex occurrit causa tristitie. quotiens se unusquisque non potest assequi quod querebat. uel amittere cogit quod habebat. Oritur autem quandoque tristitia. ex timore superbie. uel ex liuore inuidie. uel ex furore iracundie. uel ex languore accidie. uel ex ardoze auaritie. uel ex dolosa simulatione. uel ex eterna desolatione. Oritur ergo tristitia in ambitione ex timore superbie. quando se appetunt adipisci non possunt. sicut luculenter apparet in quotidianis exemplis. Euidensissimum autem exemplum. in mach. vi. ubi dicitur. quod cum audisset rex antiochus quod deuictus esset eius exercitus spoliatus et fugatus turpiter a iudeis. expauit rex & commotus est ualde. & decidit in lectum. & incidit in languorem pro tristitia. quia non est factum sicut cogitabat. & renouata est in eo tristitia. & arbitratus est se mori. Sequitur. Recessit somnus ab oculis meis. & concidit & cor meum in corde pro sollicitudine. & dixi in corde meo. in quantum tribulationem deueni. & in quos fructus tristitie in qua nunc sum. de superbia & elatione istius dicit. in mach. ix. Videbam etiam sibi fluctibus maris impare. supra humanum modum superbia repletus. & montium altitudines in state ra appendere et sidera celi contingere se arbitrabatur. Tales ergo replentur merore tristitie. qui non possunt quod appetunt obtinere. Item oritur ex liuore inuidie. nam inuidia est tristitia felicitatis aliene. unde gen. iiii. Dixit dominus ad eum qui inuidia torquebatur. Quare iratus es. & cur concidit facies tua. Item nec. ii. dicitur. contristati sunt sanabalath & thobias. quia uenisset homo qui querebat prosperitatem filiorum israhel. de hoc dicit diffusius infra capitulo de inuidia. Item oritur tristitia ex furore iracundie. et quia ira quandoque solum consistit in corde. quandoque

prumpit exterius in sermone. quandoque uero demonstrat in ope. Ideo dicit ecc. xiiii. Beatus uir qui non est lapsus uerbo ex ore suo. quantum ad iram que demonstrat in uerbo. & non est stimulatus tristitia delicti. quantum ad iram que demonstrat in ope. felix qui non habuit animi sui tristitiam. quantum ad iram que consistit in corde. uide infra diffusius de ira. Item oritur tristitia ex languore accidie. nam accidia est quedam tristitia spiritus & languor mentis. unde Mat. xxvi. dicitur. Inuenit ihesus discipulos suos dormientes pro tristitia. Item oritur tristitia ex ardoze auaritie. sicut dicit ecc. v. Quid prodest auaro quod laborauit in uentum. cunctis diebus comedit in tenebris & in curis multis. et in eruna atque tristitia. Ecce ergo quod tristitia inseparabiliter comitatur auaritiam. & in acquirendo diuitias. & in possidendo. & in utendo. et in custodiendo. Quod autem in dimittendo uel amittendo tristitiam habeat cupidus uel auarus. patet Mat. xix. vnus adolescens ait ihesu. Magister bone quid boni faciam ut habeam uitam eternam. & cum dixisset ei ihesus. Si uis perfectus esse uade & uende omnia que habes et da pauperibus etc. Cum audisset adolescens uerba hec. abiit tristis. erat enim multas possessiones habens. Item oritur tristitia ex dolosa simulatione. Solent enim hypocrite simulare maturitatem. honestatem. maciem. et triste faciem cum palloze. ut uideantur ieiunantes. uigilantes. & austeris abstinentiis macerari. sicut dicit Mat. vi. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. de omnibus predictis tristitiis uerum est quod dicit apostolus. ii. cor. vii. seculi tristitia mortem operatur. Tandem oritur tristitia ex imensa desolatione. que inseparabiliter incessanter. & eternaliter est in reprobis in inferno. sicut dicit sap. v. Lassati sumus in uia iniquitatis & predictio nis. ambulauimus uias difficiles. uiam autem domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia & diuitiarum iactantia. quod contulit nobis. transierunt omnia tanquam umbra. Sequitur. In malignitate autem nostra consumpti sumus talia dixerunt in inferno hiis qui peccauerunt. Similia uerba dicebat ille superbissimus antiochus qui etiam in hoc mundo sic est atrociter cruciatus. ut infernus eius dum adhuc uiueret fuerit inchoatus. In quantum tam in quantum tribulationem deueni. et in quos fluctus tristitie. quasi diceret. et tribulatio quam patior erat mihi inopinabilis seu incredibilis. et fluctus tristitie qui in me continue irruunt et opprimunt me. coopriunt. obzunt. et submergunt. sunt inestimabiles et ineffabiles et iterminabiles. Quare uero in tantam tristitiam incidit recognoscit et peccata sua. sed tarde et inutiliter confiteetur dicens. Reminisco malorum que feci etc. cognoui ergo quod propterea inuenerunt me mala ista et ecce pereor tristitia in terra aliena. Attende quod dicit pereor non dicit perii quasi sit preteritum. nec peribo quasi futurum. sed pereor semper

presens. quia damnatio semper est presens impiis in inferno. et quasi semper in inchoando.

**DE GAUDIO. DISTINCTIO. XXIIII.**

**D**emum considerandum est de gaudio. Sciendum autem est quod gaudium et delectatio differunt. sicut magis commune et minus commune. Delectatio enim esse potest de omnibus quae concupiscimus. siue secundum sensum. siue secundum rationem. gaudium autem proprie non est nisi de hiis quae secundum rationem appetimus. Unde in brutis animalibus bene est delectatio. non autem gaudium. in habentibus uero rationem de omnibus de quibus potest esse gaudium. potest esse delectatio. sed non e converso. Quandoque enim aliquis sentit delectationem secundum corpus. de qua tamen non gaudet secundum rationem. & sic patet quod delectatio est in plus quam gaudium.

**A**d sciendum autem qualiter nos habeamus et habere debeamus circa passionem seu affectionem gaudii. Notandum est quod multiplex est gaudium. Est enim gaudium respiciendum secundum gaudium mundanorum. & gaudium conservandum secundum gaudium iustorum. & gaudium appetendum secundum beatorum. primum est respiciendum. quia secundum habet annexam uanitatem. unde non est uerum gaudium. sed sophisticum. de hoc dicitur Iob. xx. Gaudium hypocrite ad instar puncti. Item habet admixtam anxietatem. Iob. i. Confusum est gaudium a filiis hominum. plus enim est ibi de labore. sollicitudine. & tedio quam de bono. unde non est purum gaudium. sed multis contrariis sociatum. Item habet sociam fatuitatem. sepe enim fiunt in istis gaudiis multe fatuitates quae alias non fierent. & quando redit homo ad conscientiam suam. non inuenit ibi nisi fatuitatem. puer. xv. Stultitia gaudium stulto. Item frequenter habet secundum iniquitatem. gaudent enim aliqui de simplicitate oppressione. ysa. xxxii. gaudium onagrorum pascua gregum id est gaudent superbi diuites se rapere bona de quibus pasci debent simplices. tale fuit gaudium iudeorum qui de traditione christi gauisi sunt. & pacti sunt pecuniam se duros. Math. xiiii. Alii de ruina uel de infortunio proximo. contra quod ait sap. puer. xxiiii. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. & in ruina eius ne exulet cor tuum. ne forte uideat dominus & displiceat ei. Ideo Iob. xxxi. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat quasi diceret non. alii de morte. extra quod ecci. viii. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. quoniam omnes morimur. Alii etiam quod longe deterius est de iniquitatibus suis gaudent. sicut scriptum est. puer. ii. Letantur cum malefecerint. & exultant in rebus pessimis. sed sicut puer. xix. dicitur. Qui gaudet in iniquitate. denotabitur id est diffamabitur. uel infamis efficietur. uel donotabitur id est de nota seu scriptura libri uite delebitur.

**A**lii inique agentibus cogaudent adulando quod est contra deum & caritatem. Quia sicut ait apostolus. i. cor. xiiii. Caritas non gaudet iniquitate. cogaudet autem ueritati. Hec omnia praedicta gaudia malo fine concluduntur. sicut dicitur puer. xiiii. Extrema gaudii luctus occupat. Item post

illud Iob. xxi. Tenent tympanum & cytharam gaudent ad sonitum organi. Sequitur. Ducunt in bonis dies suos. & in puncto ad inferna descendunt. ad uitandum tam horrendum finem horretur apostolus. i. cor. vii. Qui gaudent tanquam non gaudentes. & qui emunt tanquam non possidentes. & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Et Iacobi. iiii. Risus uester in luctum conuertatur & gaudium in moerorem. Item Iere. xlv. dictum est ad baruch. Ecce quos edificauit ego destruo. & quos plantauit ego euello. & tu queris tibi gaudia. noli querere.

**D**icto de gaudio mundiali. Sequitur dicendum de gaudio spirituali quod etiam est multiplex. puenit enim gaudium spirituale. Ex dolore contritionis. ex feruore delectationis. ex merore compassionis. ex puritate conscientie. & bonorum operum executione. ex amore iustitiae & malorum punitione. ex temptationum & tribulationum passione.

**E**st autem gaudium pueniens ex dolore contritionis. de quo dicitur puer. xiiii. Cor quod nouit amaritudinem anime suae in gaudio eius non miserabitur extraneus id est dyabolus. uel homo malignus. Deus enim & tota celestis curia cogaudent ei. sicut expressit dicitur Luce. xv. De oue perditam quam dominus per diuina quaeque requirit. & si inuenit eam. imponit in humeros suos gaudens. Sequitur. gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente. quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Tota etiam militans ecclesia cogaudere debet. sicut dicitur Luce. xvi. de filio perditionis. epulari & gaudente. quia frater tuus hic mortuus fuerat & reuixit. perierat & inuentus est. Quantum ergo gaudere debet penitens de sua uersione cum inde gaudeat deus altissimus humilitas iustorum hominum. necnon etiam sublimitas angelorum. Debet autem gaudere penitens sicut eger de curatione sua. oblectus de sua euasione. datus ad mortem de sua liberatione. Mirum est autem quod de dolore gaudium. de amaritudine dulcedo. & de timore securitas oritur. Item est gaudium pueniens ex feruore dilectionis. sicut docet apostolus. i. cor. xii. Si patitur inquit unum membrum compatitur omnia membra. siue gloriatur unum membrum cogaudent omnia membra. Item. ro. xii. gaudentes cum gaudentibus flere cum flentibus. Item est gaudium pueniens ex merore compassionis. id est ex memoria diuine passionis. cum amaritudine recordate oritur gaudium deuotionis. sic dicitur ysa. xii. Haurietis de profundo misterio diuine pietatis. Aquas id est habundantiam lacrimarum in gaudio deuotionis. De fontibus. id est de uulneribus abundanter sanguinem semel producentibus. indeficiente uero gratia premerentibus. Saluatoris. id est christi. Item baruth. v. gaudentes in dei memoria. Item est gaudium pueniens ex puritate conscientie & bonorum operum executione. Quantum ad primum dicitur ecci. xxx. Non est census super censum salutis corporis. & non est oblectamentum super cordis gaudium. Item. ro. xiiii. Non est regnum dei esca & potus. sed

gaudium & pax in spiritu sancto. quantum ad secundum potest intelligi illud. ecci. i. Religiositas custodiet & iustificabit cor. iocunditatem & gaudium dabit. **I**tem est gaudium pueniens ex amore iustitie & punitione malorum. de hac ait sap. puer. xxi. Gaudium est iusto facere iudicium quoniam scilicet exerceat iustitia. non ex libidine uindictae sed ex amore iustitie. sine qua res publica non posset stare. & pauor operantibus iniquitatem. De iustitia enim gaudent iusti propter utilitatem rei publice. sic ait. psal. lvii. Letabitur iustus cum uiderit uindictam. Mali autem uidentes uel audientes iustitiam exerceri terrentur. ut ex terrore pene & si non ex amore dei. uel iustitie desistant a malis. & a suis prauis uoluntatibus cōpescant.

**I**tem est gaudium proueniens ex tolerantia passionum. Ioc. i. Omne gaudium existimate. cum interpretaciones uarias incideritis. scientes quod pro parte fidei nostre patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habet. Item ro. xii. spe gauderes in tribulatione patientes. Item Marci. v. Beati estis cum maledixerint uobis homines. & persecuti uos fuerint. & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me gaudete & exultate. quoniam merces uestra copiosa est in celis. Ideo dicebat aplos colo. ii. Gaudeo in passionibus. Exemplo christi qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. heb. xii. Communicantes igitur christi passionibus gaudete. ut in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. **DE GAUDIO BEATORVM.**

**D**icto de gaudio mundiali & spiritali. dicendum est aliquid breuiter de gaudio celesti. Est autem illud purissimum sine contrarii praxitione plenissimum omnimoda perfectione. perfectissimum eterna duratōe. Est igitur gaudium celeste purissimum sine contrarii praxitione. ysa. li. Gaudium & letitia obtebunt. & fugiet dolor & gemitus. Item apoc. xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. & mors ultra non erit neque clamor neque dolor erit ultra que prima abierunt. **I**tem est plenissimum omnimoda perfectione Ioh. xvi. Petite & accipietis. ut gaudium uestrum sit plenum. Item ysa. lxxv. Ecce ego creo hierusalem exultationem. & populum eius gaudium. Notate uerba. Non dicit dominus creo in hierusalem exultationem. uel hierusalem plena erit exultatione. uel aliquid tale. sed ipsa ciuitas erit exultatio. Nec dicit dabo populo eius gaudium. uel populus eius erit gaudiosus. sed ipsum gaudium. Sic autem loquitur ad imensitatem gaudii plenius exprimitur. & expressius designanda. Exemplum. sic lamina ferri in medio fornacis ardentissime tota & totaliter penetratur ab igne. ita quod de lamina & de qualibet eius parte potest dici quod non tamen est ignita. sed ignis. nec tamen lamina continetur in se nec comprehendit eorum ardorem fornacis sic quelibet anima beata sic undique tota & totaliter penetratur a gloria uel gaudio. quod uere potest dici quelibet anima non tamen gloriosa. sed ipsa gloria non tamen gaudio. sed ipsum gaudium. Nec tamen est aliqua adeo gloriosa que totam gloriam comprehendat. Sicut signat designat dominus Math.

.xxv. intra in gaudium domini tui. quasi dicat non in te intrabit gaudium. quia tu non posses illud comprehendere. sed tu intrabis in illud. sicut in abyssum impenetrabilem & imensam. **I**tem est perfectissimum duratōe. quia eternum. unde Ioh. xvi. ait saluator discipulis suis. Videbo uos & gaudebit cor uestrum. & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

#### DE PASSIOIBVS IRASCIBILIS. DI. XXV.

**D**ist consideratōem de passionibus concupiscibilis. Consequenter dicendum est de passionibus irascibilis. Et primo de spe & desperatōe. Secundo de timore & audacia. Tertio de ira. **C**irca primum querunt octo. Primo utrum spes sit idem quod desiderium uel quod cupiditas. Secundo utrum spes sit in uis apprehensiuua uel in uis appetitiua. Tertio utrum spes sit in brutis animalibus. Quarto utrum spes contrarietur desperatio. Quinto utrum causa spei sit experientia. Sexto utrum in iuuenibus & ebriosis spes abundet. Septimo de ordine spei ad amorem. Octauo utrum spes conferat ad operationem. **A**d primum scilicet utrum spes sit idem quod desiderium uel cupiditas. dicendum quod spes passionis ex obiecto consideratur. circa obiectum autem spei. quatuor conditiones attenduntur. primo quidem si sit bonum. Non enim proprie loquendo est spes nisi de bono. & pro hoc differt spes a timore qui est de malo. Secundo ut sit futurum. non enim est spes de presenti iam habito. & pro hoc differt spes a gaudio quod est de bono presenti. Tertio requiritur quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile. non enim aliquis dicitur sperare aliquid minimum. quod statim est in sua potestate ut habeat. et pro hoc differt spes a desiderio uel cupiditate que est de bono futuro absolute. unde premet ad concupiscibile. spes autem ad irascibilem. Quarto autem quod illud arduum sit possibile adipisci. non enim aliquis sperat id quod omnino adipisci non potest. & pro hoc differt spes a desperatōe. Sic igitur patet quod spes differt a desiderio. sic differunt passionibus irascibilis a passionibus concupiscibilis. & propter hoc spes presupponit desiderium. sicut & omnes passionibus irascibilis presupponunt passionibus concupiscibilis. **A**d secundum scilicet utrum spes sit in uis apprehensiuua uel appetitiua. dicendum quod cum spes importet extensionem quandam appetitus in quoddam bonum manifeste premet ad appetitiua uirtute. Motus enim ad res proprie premet ad appetitum. actio uero uirtutis cognitiue perficitur non secundum motum cognoscens ad res. sed potius secundum quod res cognoscitur et sunt in cognoscere. sed quia uis cognitiua mouet appetitiua representando ei obiectum suum secundum diuersas rationes obiecti apprehensi subsequitur diuersi motus in uis appetitiua. Alius enim motus sequitur in appetitu ex apprehensione boni & alius ex apprehensione mali. & similiter alius motus ex apprehensione presentis & futuri absolute & ardui. possibilis et impossibilis. & secundum hoc spes est motus appetitiue uirtutis consequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis

adipisci scz extensio appetitus in huiusmodi obiectu. **A**d tertiu scz utrū spes sit in brutis animalibus: dicendum q̄ interiorēs passiones animalium ex exterioribus motibus deprehēdi possunt. ex quibus apparet q̄ in animalibus brutis est spes. si enim canis uideat leporem. aut accipiter auem nimis distantem. nō mouet ad ipsam. q̄ nō sperans se eā posse adipisci. **S**i autē sit in ppinquo. mouet quasi sub spe adipiscēdi. **V**t enī supra dictū est appetitus sensitius brutorū animalū. et etiā appetitus naturalis rerū sensibiliū sequitur apprehensionem alicuius intellectus. sicut et appetit⁹ nature intellectiue qui dicitur uoluntas. sed in hoc ē differentia. q̄ uolūtas mouet ex apprehēsiōe intellectus coniūcti. **S**ed motus appetitus naturalis sequit̄ apphensionē intellectus separati qui naturā insticit. & similiter appetitus sensitius brutorū animalū. que etiā quodāmodo instinctu naturali agunt. unde ī opibus brutorū animalū & aliarū rerū naturalium. apparet similis p̄cessus. sicut ī opibus artis. & p̄ hunc modū ī brutis animalibus est spes & de speratio. **A**d quartū scz utrū desperatō sit contraria spei. dicendū q̄ sicut supra dictū est ī mutatiōibus inuenit̄ duplex cōtrarietas. vna secundū accessum ad cōtrarios terminos et talis cōtrarietas sola inuenit̄ ī passionibus concupiscibilis. sicut amor & odii contrariantur. **A**lio mō p̄ accessum & recessum respectu eiusdem termi. & talis cōtrarietas inuenit̄ ī passioibus irascibilis. obiectū autē spei quod ē bonum arduū habet quidem ratōem attractiui. p̄t̄ cōsiderat̄ cū possibilitate adipiscēdi. & sic tendit ī ipm spes que ipoztat quēdam accessū. **S**ed h̄m q̄ cōsiderat̄ cū impossibilitate obtinēdi habet ratōem repulsiui. quia ut dicit̄ m. iiii. ethi. **C**um uētū fuerit ad aliqd̄ impossibile. tunc hoīes discedunt. & sic respicit hoc obiectū de speratō. unde ipoztat motū cuiusdam recessus & p̄pter hoc cōtrariat̄ spei. sicut recessus accessus. **A**d quintū scz utrū experientia sit causa spei. dicendū q̄ sicut supra dictū est. obiectus spei est bonū futurū arduū possibile adipisci. **P**otest ergo aliqd̄ esse spei causa. ul̄ quia facit homini aliqd̄ esse possibile. ul̄ q̄ facit eū estimare aliqd̄ esse possibile. **P**rimo modo est causa spei omne illud quod auget potestatem hoīs sicut diuitie. fortitudo. et inter cetera etiā experientia. nam p̄ experientia homo acquirit facultatem aliqd̄ defacili faciēdi. et ex hoc sequit̄ spes. unde vegetius dicit̄ ī libro de re militari. nemo facere metuit qd̄ se bene didicisse cōfidit. **A**lio modo ē causa spei omne illud quod facit alicui estimatōem q̄ aliqd̄ sit sibi possibile. **E**t hoc modo doctrina & psuasio quelibet potest esse causa spei. & sic etiā experientia ē causa spei. inquantū scz p̄ experientiam fit hoī estimatō. q̄ aliqd̄ sit sibi possibile. quod impossibile ante experientia reputabat. sed p̄ hūc modū experientia potest etiā esse causa defect⁹ spei. quia sicut p̄ experientia fit homi estimatō

q̄ aliqd̄ sit sibi possibile. quod reputabat ī possibile. ita cōtrario p̄ experientia fit homi estimatō q̄ aliqd̄ nō sit sibi possibile. quod possibile estimabat. **S**ic ergo experientia est causa spei duobus modis. causa autem defectus spei vno modo. & p̄pter hoc magis dicere possumus eā esse causam spei. **A**d sextum scz utrū ī iuuenibus & ebriosis spes abundet dicendū q̄ iuuentus ē causa spei p̄pter tria. vt pl̄s dicit̄ ī secūdo rheto. **E**t hec tria possunt cipi secundū tres diuisiones boni quod ē obiectū spei. qd̄ est futurū & arduū et possibile. vt dictū est. **I**uuenes enī multū habent de futuro & parū de p̄terito. & ideo qz memoria ē p̄teriti. spes autē futuri parū habent de memoria sed multū uiuūt ī spe. iuuenes etiā p̄pter caliditatem nature habēt multos spirit⁹. & ita ī eis cor ampliat̄. **E**x ampliēdie autem cordis est q̄ aliquis ad ardua tēdat. & ideo iuuenes sunt animosi & bone spei. similiter etiam illi qui nō sunt passi repulsiui. nec expti ipedimēta ī suis conatibus defacili reputant aliqd̄ sibi possibile. unde & iuuenes & p̄pter ī experientia ipedimētoz & defectū. defacili reputāt aliqd̄ possibile. & ideo sunt bone spei. duo etiā istoz sunt ī ebriosis scz caliditas & multiplicatio spiritū p̄pter uinū & uerum ī cōsideratōe periculoz uel defectū. & p̄pter eandem ratōem etiā om̄s stulti & deliberatiōe nō utentes. oīa tēptant & sunt bone spei. **A**d septimū scz utrū spes sit causa amoris. dicendū q̄ spes duo respicit. potest enī respicere sicut obiectū bonum speratū. sed quia bonū speratū est arduū possibile. fit autē aliquando aliqd̄ arduū possibile nobis nō p̄ nos sed p̄ alios. **I**ō spes etiā respicit id p̄ qd̄ fit nobis aliqd̄ possibile. **I**nquantū igit̄ spes respicit bonū speratū spes ex amore causat̄. **N**on enī est spes nisi de bono desiderato & amato. inquantū uero spes respicit illū p̄ quē fit nobis aliqd̄ possibile. sic amor causat̄ ex spe. & nō econūso. **E**x hoc enī q̄ p̄ aliqd̄ speramus nobis posse p̄uenire bona mouemur ī ipsum sicut ī bonū n̄m. & sic incipimus ipm amare. ex hoc enī q̄ amamus aliquē non speramus de eo nisi p̄ accidēs. inquantū scz credimus nos reamari ab ipso. vñ amari ab aliquo facit nos sperare de eo. sed amor eius causat̄ ex spe quam de eo habemus. **A**d octauū scz utrū spes adiuuet opationē dicendū q̄ spes p̄ se semp̄ habet q̄ adiuuet opationē intendendo ipam. & hoc ex duobus. primo quidē ex ratōe sui obiecti quod ē bonū arduū possibile. **E**stimatō enī ardui excitat attentionē. estimatio uero possibilis non retardat conatū. unde sequit̄ q̄ homo intente operetur p̄pter spem. **S**ecūdo uero ex ratōe sui effectus. spes enī ut supra dictū est causat̄ delectatōem q̄ adiuuat opatōem ut supra dictū est. unde spes opatōem adiuuat. **E**x p̄dictis collige q̄ spes et ē passio & est uirtus. vna uide licet de uirtutibus theologis. **E**t cōueniunt hec & illa. q̄a utraqz est quedā expectatō boni

futuri. non cuiuscunq; sed ardui. desiderium enim de quo dictum est supra. est respectu boni futuri cuiuscunq; magni uel pui. ardui uel non ardui. & timor est respectu mali futuri cuiuscunq; magni uel pui. sed spes est respectu boni futuri ardui. Differunt autem spes secundum quod est passio. & secundum quod est uirtus. quia spes secundum quod est uirtus. est certa expectatio future beatitudinis. ex gratia & meritis. pueniens. sed secundum quod est passio. est expectatio non certa alicuius boni futuri ex ratione uel coniectura. probabilis cum confidentia diuine bonitatis pueniens. Ex hiis intellige differentias inter spem secundum quod est uirtus. & secundum quod est passio. nam una est expectatio certa. alia non certa. una est de bono increato & eterno. alia de bono creato & temporali. una puenit ex gratia & meritis. alia non.

**S**ciendum autem est quod spes aliquando accipitur large per expectatorem boni futuri cuiuscunq; ardui uel non ardui. sicut dicimus quod agricola laborat spe fructus percipiendi. & mercator in spe lucrari acquirendi. & generaliter omnis artifex operatur in spe finis sui operis assequendi. Alio modo dicitur spes proprie per expectatorem boni futuri ardui ut dictum est. que uidelicet expectatio puenit ex aliqua probabilis ratione. quod tamen est minus principalis. & ex confidentia adiutorii diuine bonitatis misericordie affuturi. sicut videmus quod aliquis iuuenis delicatus constanter artissimam religionem ingreditur. Nam sue debilitatis oblitus sperat diuinum sibi adiutorium affuturum. alius austeram assumit penitentiam. alius longas peregrinationes & duras labores & pericula. quod omnia uidentur excedere uires eorum qui propter firmam spem quam habent in domino talia aggredi non uentur. hoc modo decet omnes homines esse bone spei. ut uidelicet sperent speranda de diuina misericordia confidenter. & ei principaliter intendendo secundum illud. psalmus. In deo sperauit cor meum & adiutus sum. Ad hanc hortatur sapiens ecclesiasticus. ii. Respicite filii nationes hominum. & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. Maxime uero decet & expedit reges & principes esse magne spei in magnis arduis & periculosis negotiis persertim cum per iustitiam conseruanda. & utilitate reipublice procuranda uel defendenda hec attendat. & tantomagis decet eos esse bone spei. quanto negotia iustiora sunt & magis communi. quanto etiam potestas ciuili abundanter diuitiarum. & nobilitas generis eis amplius suffragantur. dummodo non nimis in istis confidant. sed hoc quasi per nihil habentes diuine misericordie principalem liter intendant. Exemplo illius nobilissimi principis iude scilicet machabei. de quo sic dicitur. ii. Machab. xv. Machabeus semper confidebat cum omni spe auxiliium sibi a domino affuturum. & hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum. sed in mente haberent adiutorium sibi factum de celo. & nunc sperarent ab omnipotente sibi uictoriam affuturam. Exemplum etiam habemus. ii. pal. xiiii. Quod cum hieroboam rex israel cum octingentis milibus uenisset ad pugnam contra abya regem

iuda. dixit abya ad hieroboam & exercitum eius. habetis grandem populi multitudinem. in exercitu autem nostro dux deus est. Filii israel nolite pugnare contra dominum. quia uobis non expedit. Sequitur. Perterruit deus hieroboam. & omnem israel qui stabat ex aduerso iuda & abya. & conuertit ex israel uulnerati quingenta milia uirosu fortium. humiliatiq; sunt filii israel in tempore illo. & uehementissime confortati filii iuda. eo quod spem sent in domino deo patrum suorum. Ad hoc etiam sunt exempla innumera in scriptura sacra que causa breuitatis omittimus. Sed de mundanis hominibus dicitur sap. iiii. Vacua est spes illorum. nec mirum. quia non in deo sed in uanitate confidunt. uide licet in opulencia diuitiarum temporalium. Sicut de impio dicitur in psalmis. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Propter quod apostolus thymoteum admonet dicens. i. thi. vii. Diuitibus huius seculi precipe non sublimis sapere nec sperare in incerto diuitiarum. sed in deo uiuo. Et sap. ait ecclesiasticus. xxxi. Beatus diues qui inuictus est sine macula. & qui post aurum non abiit. nec sperauit in pecunie thesauris. Alii in potestate ciuili sicut reges & principes solent confidere in multitudine uirosu militarium. contra quos. psalmus. ait. In te inimicos nostros uentilabimus cornu. & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. non enim in arcu meo sperabo. & gladius meus non saluabit me. quasi diceret. speret alii in multitudine bellatorum. sed ego in deo meo sperabo. idem etiam dicit in deo sperauit. non timebo quid faciat mihi homo. non enim saluatur rex per multam uirtutem. & gygas non saluabitur in multitudine uirtutis sue. Alii sperant in multitudine amicorum carnalium. affinitate. consanguinitate. seu quocumque federe coniutorum. Contra tales ait dominus per prophetam. Ierem. xvii. Maledictus homo qui confidit in homine. & ponit carnem brachium suum. et a domino recedit cor eius. Item ysa. xxx. uel filii desertorum dicit dominus sperantes auxiliium in fortitudine pharaonis. & habentes fiduciam in umbra egypti. & erit uobis fortitudo pharaonis in confusione. & fiducia umbre egypti in ignominiam. aduerte quod quam documque filii israel in necessitatis tempore quasi de domino diffidentes ad humanum auxiliium recurrerant. dominus humiliabat eos coram inimicis suis. Quando uero conuertebantur ad eum de sua misericordia confidentes liberabat eos. sicut patet exemplis innumera in scriptura. alii sperant in excellentia naturalium. uidelicet iuuentute. fortitudine. pulchritudine. sanitate. nobilitate generis & huiusmodi. Ex hiis enim quedam spes uana confurgit quod permittit homo se diu uicturum. magna quidem sed non ita scito facturum. honores & diuitias adepturum. mundi bonis usurum & sua iuuenilia desideria implerum. ante mortem penitentiam salutare acturum. & in morte sensum uiuacem. ordinatam memoriam usum loqule. & actum discretis necessarie ac debite prudentie habiturum. sed reuera uanissima. falsissima immo nimis erronea est spes ista cum sit contra

deum. contra rationem & contra quotidianam experientiam. sicut diligenter intuenti luce clarius innotescit. **A**it enim sapiens sapientie. iii. **S**pes impii quasi lanugo est quae a uento mouetur. & tanquam spuma gracilis quae a pcella dispergitur. & tanquam fumus qui a uento diffusus est. & tanquam memoria hospitis unius diei pretereuntis. **H**ec spes adeo seducit homines. ut uix inueniant aliquis qui in mortis articulo positus. & iam extremo spiritu constitutus & ab omnibus desperatus non speret adhuc euadere & recuperare corporis sanitatem. quae spe stultissima circumuetus negligenter agit ea quae ante pertinent ad salutem. **H**uius exemplum habemus. ii. **M**ach. ix. de impiissimo anthycho. qui adeo percussus plaga insanabili. ita ut de corpore impii uermes scaturirent. ac uiuentes in dolozibus carnes eius effluerent. odore etiam illius & fetore exercitus grauaretur. dicebat tunc. **E**go infirmitate graui appropinquatus necessarium duxi pro communi utilitate curam habere. non desperans memetipsum. sed multam spem habens effugiendi infirmitatem. ecce in desperato statu positus non desperabat. **I**tem de negociis extremis curam habens. de salute anime non curabat. **I**sto modo decipiuntur & excecantur pene omnes homines in extremis. **E**x premissis satis patet quid sit de desperatione dicendum. **S**icut enim expedit omni homini precipue regibus & principibus sperare speranda. sic expedit non sperare non speranda. et sicut sperare non speranda est presumptuosa temeritas. sic desperare speranda est meticulosa timiditas. & si nullos homines decet esse timidos & pusillanimes. multo minus decet reges & principes quos oportet magna & ardua tractare negocia. & grauiam interdum subire pericula pro re publica conseruanda. unde in eis periculosa esset desperatio. **S**ic dicitur. ii. re. ii. **A**n ignozas quod periculosa sit desperatio. uere periculosa. quoniam ante aggressionem negocii deicit animam & enervat uirtutem. ut nullum bonum negocium audeat attemptare. **S**icut dicitur. puer. xxiiii. **S**i desperaueris in die angustie imminuet fortitudo tua. **P**ost aggressionem uero aut desperatio facit desistere ab incepto. & totum dimittere imperfectum. & terga uertere coram inimicis in proelio. aut ruptis discretiois habenis et proorsus iudicio rationis obliuio admittit beluae rabie seuietis. interdum in mortem precipitat miserum peccatorem. & perditionis abyssum. unde eph. iiii. **D**esperantes se metipsum tradiderunt impudice in operationem omnis immundicie. **E**t iere. xviii. **D**icunt impii domino eorum misericorditer reuocanti. desperauimus post cogitationes nostras ibimus. & unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. nonnunquam etiam homines desperati. & ipsa desperatione cecati in seipsum crudeliter seuietes. in mortem se precipitant corporalem. alii namque flammis se perimunt. alii in aliquis se submergunt. alii gladio se trucidant. alii precipitant se. collidunt & pereunt. alii laqueo se suspendunt. aliisque modis uariis uitam sibi miseram exroquutes. irremediabiliter sibi tantum corporum quae aeternam perditionem acquirunt.

De Desperatione Require Infra Libro Tertio.  
DE TIMORE ET AUDACIA. DI. XXVI.

**D**einde considerandum est de timore & audacia. **C**irca timorem consideranda sunt quattuor. **P**rimo de ipso timore. **S**ecundo de obiecto eius. **T**ertio de causa. **Q**uarto de eius effectu. **C**irca primum queruntur quattuor. **P**rimo utrum timor sit passio anime. **S**ecundo utrum sit passio specialis. **T**ertio utrum sit aliquis timor naturalis. **Q**uarto de speciebus timoris. **A**d primum scilicet utrum timor sit passio anime. dicendum quod inter ceteros anime motus post tristitiam. timor magis rationem obtinet passionis. ut enim supra dictum est ad rationem passionis. primo quidem pertinet quod sit motus passioe uirtutis. ad quam scilicet competitur suum obiectum pro modum actiui mouentis. eo quod passio est effectus agentis. & pro hunc modum etiam sentire & intelligere dicitur pati. **S**ecundo modo magis proprie dicitur esse passio motus appetitiue uirtutis. & adhuc magis proprie motus appetitiue uirtutis habentes organum corporale qui sit aliqua cum transmutatione corporali. & adhuc proprie illi motus passionis dicuntur qui important aliquod nocuum. **M**anifestum est autem quod timor cum sit de malo ad appetitiuam potentiam pertinet. que pro se respicit bonum & malum. pertinet autem ad appetitum sensitiuum. fit enim cum quadam transmutatione scilicet cum contractione. ut damasc. dicitur & importat etiam habitudinem ad malum secundum quod malum habet quodammodo uictoriam super aliquem unde uerissime sibi competit ratio passionis. tunc post tristitiam quae est de malo presentis. nam timor est de malo futuro. quod non ita mouet sicut presentis. **A**d secundum scilicet utrum timor sit passio specialis. dicendum quod passiones anime recipiunt speciem ex obiectis. unde specialis passio est que habet speciale obiectum. timor autem habet speciale obiectum sicut & spes. sicut enim obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci. ita obiectum timoris est malum futurum difficile cui resisti non potest. unde timor est specialis passio anime. **A**d tertium scilicet utrum sit aliquis timor naturalis. dicendum quod aliquis motus dicitur naturalis. quia ad ipsum inclinatur natura. **S**ed hoc contingit dupliciter. uno modo quando totum perficitur a natura absque aliqua operatione appetitiue uirtutis. sicut moueri sursum est motus naturalis ignis. & augeri est motus naturalis animalium et plantarum. **A**lio modo dicitur motus naturalis ad quem natura inclinatur. licet non perficiatur nisi per apprehensionem. quia sicut supra dictum est motus cognitiue & appetitiue uirtutis reducuntur in naturam sicut in primum principium. & pro hunc modum etiam ipsi actus appetitiue uirtutis ut intelligere sentire & memozari. & etiam motus appetitus animalium quique dicuntur naturales. et pro hunc modum potest dici timor naturalis. et distinguatur a timore non naturali secundum diuersitatem obiecti. **E**st enim ut philosophus dicit in ii. rheto. timor de malo corruptiuo. quod natura refugit propter naturale desiderium essendi

& talis timor dicitur naturalis. Est iterum de malo contristatio quod non repugnat nature. sed desiderio appetitus. & talis timor non est naturalis. sic etiam supra amor. concupiscentia. & delectatio distincta sunt per naturale & non naturale. Sed secundum primam acceptioem naturalis sciendum est quod quedam de passionibus anime quandoque dicuntur naturales. ut amor desiderium & spes. alie uero naturales dici non possunt. et hoc ideo quia amor et odium desiderium et fuga important inclinationem quandam ad persequendum bonum et fugiendum malum. que quidem inclinatio pertinet etiam ad appetitum naturale. et ideo amor quidam naturalis est. et desiderium uel spes potest quodammodo dici etiam in rebus naturalibus cognitione careribus. Sed alie passionibus anime important quosdam motus. ad quos nullo modo sufficit inclinatio naturalis. uel quia de ratione harum passionum est sensus seu cognitio sicut dictum est quod apprehensio requiritur ad rationem delectationis et doloris. unde que carent cognitione non possunt dici delectari uel dolere. aut quia huiusmodi motus sunt contra rationem inclinationis naturalis. puta quod desperatio refugit bonum propter aliquam difficultatem. et timor refugit impugnationem mali contrarii ad quod est inclinatio naturalis. & ideo huiusmodi passionibus nullo modo attribuuntur rebus inanimatis. **C** Ad quartum scilicet de speciebus timoris. dicendum quod damaslibro. ii. assignat quatuor species timoris. uidelicet segnicie. erubescencia. uerecundiam. admiracionem. stuporem. Quorum numerus & differentia sic sumuntur quia timor sicut dictum est. est de futuro malo quod excedit potestatem timentis uel scilicet ei resisti non possit. sicut autem bonum hominis ira & malum potest considerari uel in operatione ipsius uel in exterioribus rebus. In operatione autem ipsius hominis potest dupliciter malum timeri. Primo quidem labor grauissimus naturam. & sic causatur segnicie. cum aliquis refugit operari propter timorem excedentis laboris. Secundo turpitudine ledens opinionem. & sic si turpitudine timeatur in actu committendo est erubescencia. si autem sit de turpitudine iam facta est uerecundia. malum autem quod in exterioribus rebus consistit triplici ratione potest excedere hominis facultatem ad resistendum. Primo quidem ratione sue magnitudinis. cum scilicet aliquis considerat aliquod magnum malum cuius exitum considerare non sufficit. & sic est admiratio. Secundo ratione dissuetudinis. quia scilicet aliquod malum in consuetudine nostre considerationi offerretur & sic magnum est in nostra reputatione. & hoc modo est stupor qui causatur ex insolita ymaginatione. Tertio modo ratione iprouisibilis. quia scilicet periri non potest. sicut futura infortunata timeatur. & talis timor dicitur agonia. **E**t nota quod admiratio & stupor species sunt timoris. sed admiratio que est de magno malo & stupor qui est de malo insolito. unde potest dici quod sicut segnicie refugit laborem exterioris operationis. ita admiratio & stupor refugunt difficultatem considerationis rei magne & insolite. siue siue

bona siue mala. ut hoc modo se habeant stupor & admiratio ad actum intellectus. sicut segnicie ad exteriorum actum. Admirans enim refugit in presenti dare iudicium de eo quod miratur. timens defectum. sed in futurum inquirit. Stupens autem timet & in presenti iudicare. & in futuro inquirere. unde admiratio est principium probouandi. sed stuporem prohibet considerationis impedimentum.

**I**tem assignantur a magistris & sanctis septem species timoris. Est enim timor naturalis. mundanus. humanus. seruilis. initalis. filialis siue castus & reuerentie. **T**imor naturalis est quo naturaliter horret homo quiddam est nature contrarium uel nociuum. iste non est meritoziosus uel demeritosus. sed indifferens. quia non subiicitur libero arbitrio hoc timore omnis homo timet in mari & in omni periculo precipue in morte. unde christus ut uerum corpus humanum se habere ostenderet. imminente passione cepit pauere & tedere. sicut dicitur **Matth. xiiii.** **E**t ex uehementissimo passionis horrore. factus in agonia sudorem sanguineum emisit quoniam factus est sudor eius tanquam gutte sanguinis decurrerent in terram **Luce. xxii.** Quia licet ipse ardentissimo desiderio pro salute nostra quereretur passionem secundum iudicium rationis & imperium diuinitatis tunc sensu alitas naturaliter horrebat mortem. unde secundum motum sensualitatis orabat. **Pater si fieri potest transeat a me calix iste Matth. xxvi.** sed secundum iudicium rationis dicebat ueritatem non sicut ego uolo. sed sicut tu. **I**sto timore fugit helyas a facie iezabel. **iii. re. xix.** **I**stius timorem etiam uiri sancti contra habent in morte. ut siquid est in eis purgandum. ipso pauore purgeatur uel quia timeat animam separari a carne. & intrare regionem sibi prius ignotam. **U**nde in uitis patrum legitur quod cum quidam prius desideraret uidere quomodo anima iusti de corpore egredere. transiens per quamdam uillam uidit quendam peregrinum solum in platea iacentem. & quasi in extremis laborantem. & michaellem & gabrielem de celo descenderes. & ei assistentes. unus ad dexteram. alii autem ad sinistram & rogabant animam de precepto dei ut a corpore egredere. que timens nolebat corpus relinquere. & dixit michael ad gabrielem. sume hanc animam ut regrediamur. **R**espondit gabriel. missi sumus a domino ut sine dolore & uolentia eiciamus. **C**umque hec clamaret ad dominum. misit dominus cytharistam dauid cum cantoribus celestis iherusalim. quorum cantus audiens anima peregrini inter manus angelorum exiit. & cum gaudio in celum deducta fuit. **N**otandum quod non est mirum si sancti & iusti mortem timeant. de quibus **prou. xxviii.** **I**ustus quasi leo confidit. & **xxx.** eiusdem. **L**eo fortissimus bestiarum. ad nullius pauebit occursum. cum ipse leo ut dicuntur naturales septem timeat. ut patet ex libro ysidori & historia trasmarima. scilicet stratam publicam. strepitum rotarum & ignem. **E**t quoddam animal quod dicitur lazaimi. a cuius ferocitate uix potest aliqua bestia esse tuta. **E**t quoddam animal paruum quod dicitur leotopholos. de cuius carnibus comedens leo intoxicatur. a uenatoribus

Et occiditur. unde illud animal maxime odit: sunt leones. Et si possunt illis iuenire occidunt. quia paruū est. non tū inde gustant. **Ite** timet leo uenatorū ingenia siue artificia. ut pedicas & cordas. unde cauda delet uestigia sua. **Item** timet leones suorum custodū flagella. vñ aliqui catulos innoxios uerberat corā eis ut discant timere. similiter ista septē deberēt timere hoīes scz stratam mortis publicā. p̄ quā necesse ē omnes incedere. strepitus rotarū scz cōminatōes & uerba utriusqz testamēti. ignē inferni & purgatorii. feritatez summi iudicis. **Toxicū** p̄cti uenatorū id ē demonū auctoriā. flagella p̄sentia bonorū & malorum. **Timor** mundanus est quo timet homo amittere tēporalia que habz uel nō cōsequi q̄ desiderat & nō habet. intātū q̄ p̄legit aliquid facere oīra deū q̄z habita p̄dere uel desiderata nō cōsequi. **Primo** mō peccauit pharao opprimēs filios israhel iuste ne multiplicarent. & adderent inimicis suis. & dānificaret eū in rebus. exo. i. **Similiter** herodes occidēs pueros uolens occidere ihesum. timens ne auferret ei regnū **Matth. ii.** **Item** iudei. **Iob. xi.** Ne forte ueniāt romoni & tollāt locum zc. **Similiter** pylatus timēs amittere p̄sidentie dignitatē. xpm tradidit ad mortem. cū tamē prius p̄ multas uias conatus fuisset liberare eū. **Audito** em̄. secūdū legem debet mori. quia filiū dei se fecit. timuit. sicut dicit **Iob. xix.** **Sed** tū audito postea. si hūc dimittis. n̄ es amicus cesaris. tradidit eū ut crucifigeret. **De hoc Iob. vi.** **Qui** timet p̄ximā irzuet super eum nix. **Greg.** Aliquis peccatorū suorū cōsci⁹ ea que possidet indigētibus largiri desiderat. sed tū ne datis reb⁹ egeat. ip̄e formidat. **Cūqz** carnis subsidia reseruāda trepidus p̄parat. ab alimētis misericordie animā necat. & cū i terra pati imopiam metuit. eternā sibi abundantiam superne refectōis abscedit. **Non** sic cobias faciebat qui potius uolebat amittere tēporalia q̄z opa mīe dimittere. **thob. i.** **Sancti** ista tēporalia quasi nihil reputabant. **Idco** ea p̄pter deum amittere nō timebant. **Iere. iiii.** **Aspexi** terram & ecce uacua est & nihil. **Iob. i.** **Domini** nus dedit dñs abstulit. **Item** in dyalogo. xx. **Cum** quidā malitiosus incendisset omnia bona stephani uiri dei & quidā diceret ei h̄ plan gens. & diceret. ue pater quid tibi cōtingit. ille quasi nihil se amisisse reputās. **Respondens** ait. quid contigit mibi. plangens eius qui fecerat p̄ctm̄. nihil reputās damnū suū. s; se potius reputās exoneratū esse. **Item** dicit q̄ cum quidā p̄b̄s i ciuitate obsessa amisisset oīa bona sua. adductus nudus corā rege qui ciuitatez ceperat ridebat. & cū quererēt quare hoc respondit. eo q̄ nihil amiserat. qz sensum suū & bona interiora sua adhuc integre habebat. **Et** cū dicerēt assistentes. immo uxore & filios & diuitias. dixit. nō est tuū quod fortuna facit tuū. **Ista** em̄ erant fortune non mea. **Item** timor mundanus est qñ aliquis p̄pter timorē quē habet ne deficiant ei tēporalia deū n̄ timet

amittere. ea uel iniuste acquirēdo uel retinēdo ut uillicus iniquitatis qui timens defectū horum defraudabat dñm suū. **Luce. xvi.** **Ite** seruus inutilis qui talentū dñi abscondit i terzario. **Luce. xix.** **Scire** aut debent mūdani q̄ deus est timētibus se thesaurus omnīū bonorum indeficiens. unde. **ps.** Nihil deest timētibus deū. **ysa. xxxiii.** **Timor** dei ipse thesaurus eius. **Ite** sicut paradysus ubi est abundantia sine defectu. **eccl. xl.** **Timor** dei sicut paradysus dei in benedictōibus. insup omnē gloriā operuerunt illū scz timentē deū benedictōes. vñ possumus dicere q̄ dicit in **psal.** **Inquirentes** aut dñm n̄ mi. o. bo. & **thob. x.** **Omnia** in te uno habentes. nō debuimus te dimittere ire a nobis. **Aug.** **Felix** christiana religio que omnia possidet in omnīū possessore. **Item** in uita lohanis eliarīi dicit. q̄ cum quidā redarguerēt eū q̄ ita largas elemosinas faciebat. & q̄ non posset sufficere diceret. ait q̄ totus popl̄s alexandrie si daret ei. imo totus mundus nō possz euacuare infinitos thesauros misericordie dei. **Idem** quantoplus dabat tātoplus abūdabat. **Timor** humanus est qñ nimis timet homo pelli sue. & nascit ex nimio amore corpis propti & uite p̄sentis. iste est culpabilis. quia pl̄ uellet homo peccare q̄z uitam perdere. uel q̄z grauem dolorē corporis sustinere. a tali timore nos reuocat dñs. **Matth. x.** dicens **Nolite** timere eos qui occidunt corpus. aīam aut nō possunt occidere. sed potius eū timete. qui potest corpus & aīam pdere in iehennā. **Item** puer. **xxix.** **Qui** timet hoīez cito corruīt. **Criso.** Facile deuiat a iustitia. qñ in causis plus hoīem q̄z deū formidat. **Idco** dicebat. **ps.** **Non** timebo qd faciat mibi homo. **Qui** hoc timore terretur similes sunt a de. **Gen. iiii.** **Qui** plus uoluit facere uolūtate uxoris sue q̄z dei. timēs. ue dicit **Aug.** eam cōtristari. **Item** petro qui timore mortis ul̄ mōmodi tēporal̄ ter negauit deum. **Item** discipulis qui h̄ timore ihesu relicto fugerunt. **Matth. xxvi.** **Marc. xiiii.** **Luce. xxii.** **Contra** quos. **Matth. x.** **Luce. xii.** **Nolite** timere eos qui occidunt corpus. **Et** nota septē rationibus non sunt timende pene uel mors corporis p̄pter deū illata. **Prima** ratio p̄pter diuinā uolūtate que hoc dicit. **Nolite** timere zc. ut **sup. 2a.** & **sup. gen. xxii.** **Dicit** ioseph⁹ q̄ **ysa** ac audiēs q̄ deus p̄ceperat h̄ patri. & q̄ uellet eum mori. ille qui eū patri dederat libeter uoluit ligari & imolari. **Secundo** p̄pter dei fidelitatem & largitatē a quo corpus & mēbra habemus. & qui debet et p̄misit ista cū multo p̄mio restituere. si p̄pter eū amiserimus. sic dicebant illi boni septem fratres de quibus. **i. Mach. vii.** **Quorū** vnus dixit. e celo ista possi deo. sed p̄pter dei leges hec ipsa despiciō. quia ab ip̄o me ea recepturū spero. h̄ dicebat mēbra exponens martyrio. **Item** quidā dicebat non debeo timere asinū miserū amittere in seruitō domini fidelissimi. qui p̄ eo amisso i seruitō



eius reddet mihi nobilissimum dextrarium.

**T**ertio ppter eiusdem dñi seueritatē qz aut erademus ei carnē puniendaz ppter ea q̄ fecit temporaliter aut ipse puniet eam eternaliter.

**I**tem quidā paterfamilias bene se torquebat. de quo ī uitis patrū dicit̄ q̄ cum seruare mortuus circa mediā noctē resurgens terruit om̄s qui aderant. vadens ad ecclesiā deo gratias agens. res suas in tres diuidens. vnā uxori relinquit. aliā filiis. tertiā p̄ deo distri- buens. Hinc fugit ad heremū. cellā faciens iuxta fluuiū cōgelatū. & uestitus se balneabat. & egrediēs uestimēta sinebat cōgelari ad carnem. postea in balneū calidissimū intrabat. et hoc sustinebat successiue quantū poterat usqz ad mortem. & cū de hiis & de aliis ab aspectū tibus argueret. dicebat. si uidiſsetis que uidi. eadem uel amplioza mecum faceretis & referrebat q̄ ī exitu suo a corpe uir lucidus duxit eū cōtra ortum solis usqz ad uallem infinite magnitudinis. cuius unū latus plenū erat flāmis feruentibus. aliud gelu & furēti grandine. & erant ipsa latera plena animalibus. que cū n̄ possent sustinere ignis uehemētiā. transibant ad gelu. & ecōuerso. Post duxit eum per tenebras densissimas. post dispuit ibi. & uidit globos igniū de baratro ascendētū. & inde ascēdentes & reincidentes hoīes ignitos ad fauillarum modū. & fetorē sensit inde exalantē in tolerabilem & fletū. audiuit etiā eiularum icōparabilē. & teterrimos demones. forcipes igneos & fuscinulas tenētes. & eū capere uolētes & p̄icere ī fornacē. Tunc is qui eū dimiserat apparuit ei in mediis tenebris quasi stella ibi- bens demonibus ne eū tangerent. quia iudex p̄ceperat eū reduci ad corpus. ubi si uellet penitentiā ageret. Quem postqz duxit ad loca requiei. reduxit eū ad corpus. Hoc etiā factum uel simile refert Beda in gestis angloz quito li. xiii. caplo. Et hūc p̄remfamilias uocat dicit̄ stioelimē. & accidit ut ait ab incarnatōne domini. d. c. et. i. c. vi. De cuius etiā uisione plura alia refert. Idem uere dicit Greg. dyal. iiii. li. xxxii. caplo. De quodā petro facto heremita. qui atēqz heremū peteret. ī infirmitate graua- tus defunctus est sed primus uite restitutus. ī ferni supplicia. & innumera flāmarū loca se uidisse testabat. & quosdā potētes huius seculi ibi suspensos uidisse. ubi cū mergere phibuit angelus corpus eius dicens. egredere. & qualiter tibi uiuendum sit attende. Qui ad uitam rediens adeo carnē suam uigiliis & ieiuniis affligebat. ut si lingua tacet que uiderat & audierat & timuerat. conuersatio loqueret̄.

**Q**uarto ppter carnē cōtrarietate quā habet cū spiritu Gal. v. Hec em̄ sibi inuicē aduersantur. ut iacob & esau. Gen. xxv. Collidebantur in utero ei⁹ puuli. Hiero. Quocūqz me uerto mecū inimicū porto. Vnde quidā sanctus abbas cū esset executus dicebat gratias ago deo qui uindicauit me de aduersario meo. qui tot mala mihi solebat facere per istos duos. p̄dito

res et raptores scz oculos quos destruxit. tren. iii. Oculus meus depredatus est animā meā

**Q**uinto ppter anime p̄ciositatē & corpis uilitatē. ii. coz. iiii. Habemus thesaurū istū in uasis fictilibus. multi aut sunt ut rusticus q̄dam qui uadens ad forū ocreas uilissimas portabat sup humeros suos. magis uolēs nudos pedes ledere qz ocreas. **I**tem fuit quidā p̄positus. cui ut dicit̄ parabolice. quidā rex cōmēdauit filiā suā ut eam delicate nutriret sub periculo uite sue. & canē suū ut eum qualitercūqz in uita seruaret & ligatū teneret ne in filiā insurgeret. Qui ecōtrario ita canem omibus deliciis ip̄guauit. & filiā ita fame & miseria afflixit. q̄ canis rupto uinculo puellā nō ualētem resistere interfecit. Canis iste est coz. filia aīa. rex deus. p̄positus homo. uiculum est obedientia. bn. Sic stulti estimatores de minimis maximā. & de maximis minimā curā gerunt. **S**exto ppter peccatis aduersarie modicitatem & duratiōem. quia momentanea est uirtute. qui nihil potest nisi p̄missa. Job. xix. Non haberes in me potestatem nisi datū fuisset tibi desup. vnde ut dicit pe. alfō. Cum quidā rex cōmmeret̄ cuidam p̄bo. Respōdit. O rex potestatem tuā nō oportet me timere. nō p̄teritam. quia illa iam nō est nec erit. nō p̄sentē. quia momentanea. si est statim non ē. Non futurā. quia illa nūdum est. & dubiū ē utrū erit. Vnde beatus hylarius pictaueñ. ut legit̄ in uita eius. respondēdo leonī pape arriano rome in cōcilio. comināti ei ppter hoc q̄ stabat p̄fide sic. cū uenero cōterā supbiām tuam. Respōdit. & si nō ueneris. qui secedens ad cameraz p̄iuatā mortuus ē. similiter quia mali ad modicum bonos torquet. in eternū torquebūtur ab eis. p̄s. exultabūt facti ī glōzia. & post. gladii ancipites ī manibus eoz & mal. ulci. Calcabitis ip̄os zc. Hoc signatum est Iosue. x. ubi fecit Iosue calcare filios israhel pedibus capita regum inimicōz. de hoc infra. de pena matricidarū. & diuersis consolatiōibus martyrum. **S**eptimo ppter p̄miū imensitatem. de quo infra loquemur. ii. coz. iiii. Id em̄ quod ī p̄sentī est momentaneū & leue tribulatiōis nostre. eterne glōzie pondus opatur ī nobis. & gen. xlix. ysachar uidēs terram q̄ esset bona. & requiem q̄ esset optima. supposuit humeros ad portandū. ysachar interpretat̄ uir mercedē uidit. quia qui uidet p̄miū. portat om̄ia paciēte Stephanus uidēs celos apertos posuit genua ad martyrium suscipiendū. Actū. vi. Quasi non timēs tortozes. Qui em̄ p̄ponūt carnē sp̄iritui similes sūt illi qui p̄ponūt asinū suū sibi & plus de eo cogitat. & similes sunt illi militi qui elegit hospitium ubi p̄uidere equo suo & ipse negligere. **V**nde dicit̄ q̄ tres milites cōdixerūt ad iuicem q̄ quezerēt fortunā. que dicit̄ auēture. & cū ingrederent̄ ciuitatē quādam dictū est eis. q̄ nō erāt ibi nisi tria hospitia. In uno equi bene procurabant. & equites fame moriebantur. In alio erat econtrario. In

tertio aut eques & equus bene. Sed uix erat  
 quim i exitu eques bene verberare. tres ergo  
 tria hospitia acceperunt. & inuenerunt ut eis di-  
 ctum fuerat. Tertio excepto qui non fuerat ver-  
 beratus. et cum quereretur causam quare non fue-  
 rat verberatus. dictum est ei quod domino domus bene  
 obediens in omnibus fuerat. Ciuitas est mundus in quo  
 sunt tres hospites. quidam sunt qui nimiam curam ge-  
 runt de equo procurando. neglecto milite. equus  
 corpus. miles anima siue spiritus. De his Iob. xxiiii.  
 Obliviscatur eius misericordia dei. qui sterilem  
 scilicet carnem parit. et uidue. id est anime non benefecit  
 Alii sunt qui indiscreto zelo corpus atterunt  
 et spiritus et spiritualium curam tamen gerunt. Tertii  
 sunt qui utriusque discrete intendunt. et per omnia deo  
 obediunt. Hi sine flagello cum recedunt a mundo  
 praeferunt. Contra illos qui timore mortis  
 uel carnali peccant. legitur in uitis patrum. quod cum  
 quidam monachus penetrasset interiorem heremum  
 inuenit puum tugurium. & intus homines nu-  
 dum orantes. qui post plura uerba dixit ei quod  
 fuerat episcopus. & tempore persecutoris timore mor-  
 tis sacrificauerat ydolis. & per doloze tormento-  
 rum fugerat ad solitudinem illam in qua fuerat  
 solus per octuaginta annos uiuens de fructu palme  
 cuiusdam. que ferebat fructus per menses singu-  
 los. & de aqua fontis iuncti bibens. & cum  
 perseverasset ibi tanto tempore in penitentia & oratio-  
 ne non receperat consolacionem a domino sue salutis.  
 nisi anno illo ultimo. quo orante facies eius fit  
 ut ignis. Alium timorem consolatur. rogans ut eum  
 sepeliat. quo mortuo & sepulto tugurium statim  
 cecidit. fons defecit. palma aruit. Non sic ele-  
 azar. de quo. ii. mach. vi. dicitur. quod cum magis  
 uoluit mori quam fingere se comedere carnes su-  
 illas contra legem. dicens. Non enim etate nostra  
 dignum est fingere ut multi adulescentes propter  
 meas simulaciones. & propter modicum corruptibilis  
 uite tempus decipiantur. & per hoc maculam atque exe-  
 crationem mee senectuti conquirant. sed senectute  
 dignus apparebo. & adulescentibus exemplum  
 forte relinquam. Timor seruilis secundum Augustinum.  
 est quoniam aliquis timore iehenne non peccat. non ha-  
 bens respectum ad amorem iusticie uel offensam  
 dei Augustinus. Inaniter inquam se putat uictorem esse  
 peccati. qui timore non peccat. quia si non impleuit  
 foris negocium male cupiditatis. ipsa tamen mala  
 cupiditas intus est hostis. Idem inimicus iusti-  
 tie est qui solo timore pene non peccat. amicum  
 autem eius est qui eius amore non peccat. hunc ti-  
 morem forsitan habent illi de quibus apoc. xviii.  
 dicitur. quod propter timorem tormentorum plangent pe-  
 nam ciuitatis babilonis. uidentes fumum incen-  
 dum eius. Et sap. v. dicitur. Videntes turbabuntur  
 timore horribili. Tales sunt mirabiliter fatui  
 qui magis timent penam incurrere quam deum offe-  
 dere. uel amittere. quia ex illo timore iordina-  
 to fit ut penas quas timent non euadant. & pec-  
 catum non deponant. & deum & regnum eternum  
 amittant. quod non facerent si timorem offensa dei  
 proponerent. & cum amore quod faciunt facerent. uidentur  
 quod magis uelint esse exules quam heredes. Serui

peccati & dyaboli quam filii dei. filii ancille quam li-  
 bere. non enim est heres filius ancille cum filio  
 libere. gen. xxi. gal. iiii. Talis autem timor non li-  
 berat a pena inferni. Dicitur quod cum quidam sco-  
 laris uideretur pius mori ualde penitens & con-  
 punctus apparuit post mortem magistro suo  
 habens cappam de cedula conscripta diuersis so-  
 phismatibus. & cum quereretur magister qualiter  
 esset ei. Respondit. quod cappa ista plus ponderaret  
 ei quam aliqua turris de mundo. & quod intus in eo  
 parabiliter ureret. & cum alius diceret quomodo  
 esset cum ita mori conpunctus uisus esset ait. quod  
 ille lachryme potius ex timore mortis & gehem-  
 ne precesserant. quam ex amore dei uel ex amissio-  
 ne eius. & cum diceret magister quod non uideretur  
 ita torqueri extendit illum manum suam. & unam  
 guttam sudoris sui percussit super manum eius. que  
 statim profusa est. & ipse euauit. Tunc ipse  
 dicens. In quo coarctatus. choras coarctatus. uana-  
 que uanis. ad logicam progo que mortis non timet  
 ergo. Apud clarauallum uadens ibi habitum re-  
 ligionis assumpsit. et arcta penitentia se ibi affli-  
 xit. non solum autem secundum aliquos. seruilis ti-  
 mor est dimittere peccare timore iehenne. sed  
 timore alicuius temporalis pene. unde ibi super  
 psalmum. Confige timore. car. m. glo. Augustinus. Viuit  
 in homine peccandi uoluntas & sequeretur opus  
 si speraret impunitas. In hoc erant iudei seruantes  
 legem timore non amore. Deuter. xxxiii. In  
 manibus eius ignea lex. unde lex data est cum  
 timore & terrore. exo. xx. ut probaret uos domi-  
 nus ueniret. & ut terrore eius esset in uobis.  
 Similiter anthyochus in flagello suo orabat sce-  
 lestus deum a quo non esset misericordiam consecuturus  
 & ii. mach. ix. Similiter pharao cum releuaretur  
 ab eo plaga dicebat nescio dominum. & israhel non  
 dimittit. Quando autem flagellabatur. permittit se  
 dimittere filios israhel. exo. x. Qui autem timore  
 aduersitatis a peccato abstinent. sunt similes  
 pyrhatibus. qui tempore tempestatis timore perterriti  
 uouent multa. facta tranquillitate reddere non  
 curant. sed statim currunt ad ludos. Item simili-  
 les sunt cuidam britoni. qui cum duceret ad mortem  
 sancti michaelis ad forum uaccam suam et uitu-  
 lum ut eam uideret ibi. uidens fluctus maris  
 refluere. & timens uouit uitulum beato michaeli  
 si euaderet. Post recedente fluctu dixit mi-  
 chaeli. quod fatuus esset si crederet quod ei suum uitu-  
 lum daret. Post redeunte fluctu magis de prope  
 magis timens. uouit utrumque dicens. michael  
 si totum uis totum habebis. Retrocedente iterum  
 fluctu cum non crederet de cetero fluctum posse  
 eum attingere clamauit. Michel michael neque  
 uaccam neque uitulum de cetero habebis. Sic est de  
 his qui seruiliter timentes in periculis mortis  
 uouent primo aliena restituere. postea religio-  
 nem iterare uel aliquid simile. Sed cum crederet  
 brito esse intuto loco. uenit fluctus subito. &  
 eum & uaccam & uitulum inuoluit. similiter mors  
 subita aufert talibus pecuniam. corpus & animam  
 quia dum dicunt pax et securitas. tunc repente  
 superuenit interitus. Timor inicalis est quo

quis timet penam & erubescit culpam cōmissam. sed plus dei offēsam. puer. i. eccl. i. **P**rimipium sapiētie timoz dñi. puer. viii. **T**imoz dei odit malum. plus amoze iustitie q̄z timore pene. **H**ic timoz habet duos oculos. dextrum amoris iustitie ad declinandū mala culpe. sinistrum ad infernū. hic figit cū abraham tabernaculum suuz inter betbel & hay. **Gen. xii. & .xiii.** Inter amorem paradysi & timorē iferni **H**ic est yfachar habitans inter hos terminos. **Gen. xlix.** Iste sunt ille due ancille que introducunt hester ad assuerū. **Hester. xv.** **T**imor eleuat & cōprimē defluentia uestimēta uirtutū amor em̄ eam sustētat. **H**ii sunt duo discipuli philippus & andreas qui gentiliter uiuentes introducūt ad ihesum. **Ioh. xii.** **H**ii sunt duo simul currētes ad monumētū. **Iohs p̄currit. Ioh. xx.** **H**ec sūt due ale date mulieri. p̄ quas uolat ī desertū p̄tētie & uite eterne. **I**ste res puelle sc̄z timor. pudor. et amor. date sūt **T**haydi meretrici. timor pene future eaz a malo retraxit. pudor culpe cōmisse ueniam. p̄meruit & a peccato eam extraxit amor iustitie eaz ad superna trāsuexit & ad bonū p̄uexit. hec sūt tres puelle que uise sunt facere in celo lectum eius. de qua dicit̄ in uicis patrū q̄ erat speciosissima meretrix ī quadā ciuitate. p̄p̄e quā m̄ ei se occidebāt. multi se depaupabant. & audiens abbas p̄fuitus mala que faciebat. seculari habitu uenit ad eam. & dato ei solido p̄scozei p̄cio petiuit locū obscurū ubi nō poss̄ uideri. & sine uerecūdia peccaret. & cū duxisset eū ad p̄ra loca. & iste semp̄ diceret q̄ timebat uideri. duxit eum ad obscurissimū locum dicens. q̄ n̄ poss̄et eū ibi uidere nisi deus aut dyabolus. **D**e quo uerbo facto ei sermone. & ostenso quō deberet aspectū dei formidare. cōuertit eam. que uocauit om̄es amatozes suos. & fecit omnia que lucrata fuerat ab eis p̄ peccatū cōburi in medio urbis. ad ualozem. cccc. li berarū auri. dicens. q̄ magis uolebat hoc ibi cōburi q̄z in futuro cōburerē ab eis. post ad desertū uenit ubi dictus pater in pua cellula eaz iclusit. ubi erat sola fenestra parua. p̄ quā p̄p̄mabāt ei parum panis & aque. singulis diebus in qua urinā iuxta se & alia necessaria faciebat. que nō audebat nom̄ dei nōiare. ul̄ manus uel oculos ad celum leuare quasi polluta. sed uersa ad oriētē dicebat. qui plasmasti me miserere mei. **P**ost tres aut̄ annos cōpassus ei dictus abbas iuit ad beatū anthoniū. querens si adhuc poss̄et eā emittēre. & esset ei dimissum peccatū suuz qui fecit p̄ hoc orare. **T**unc paulus maior discipulus antonii ī extasi uidit lectū speciosissimū ī celo. a tribus puellis speciosissimis seruātū & paratū. & cum quereret si esset locus beatū antonii. **R**esponsum est ei nō sed thaydis. **C**ūq̄ esset exclusa dixit q̄ ī dicto triennio habuerit p̄ctā sua semp̄ ante oculos q̄si quādā sarcinā. flens sup̄ illa quotidie largiter & dixerūt patres q̄ nō p̄pter penitētiā quā sustinuerat. sed p̄pter p̄ctōzum me

moziam & confusionē fuerant ei hec dimissa **T**ransactis aut̄ post h̄ quidecim diebus q̄euit in pace. **T**imoz filialis siue castus est de quo dicit̄ ro. viii. **N**on accepistis spiritū seruitutis in timoze. sed sp̄m̄ adoptōis. in quo clamam⁹ abba pater. iste timoz est p̄fectoz. **N**otandū q̄ iste timoz est in quinq̄z. **T**iment em̄ p̄fecti ne sponsus uenire nimis differat ad eoz cōsolatōem. **I**tem uel cum uenerit ne cito discedat uel nunq̄z. **treñ. i.** **I**d circo ego plozans. & oculus meus deducēs lachrymas. quia lōge fact⁹ est a me cōsolatoz. & similiter in eodē capitlo supra. **D**eposita est uehemēter non habēs cōsolatozem. **ysa. lxiii.** **U**tinā discūperes celos & descenderes a facie tua montes effluerēt scilicet specialī dulcedie **G**ilbertus. timore seruilī & filiali timeē sp̄suf. seruilī ne ueniat iudicatur⁹ filiali ne tardet. & cū uenerit ne discedat. **I**tez timet homo p̄fectus celestis patrie iracundiā. licet penā sensus uel dāni sibi infligendā non metuat. **unde Luce. xxi.** uirtutes celoꝝ id ē angeli mouebunt̄ lic̄z n̄ timeāt sibi. **I**dem. timet bonus filius ne in aliquo patri celesti displiceat. **Ioh. ix.** uerebar om̄ia operera mea. **U**n̄ legiē in hystozia tripartita libro. vi. **M**os solebat esse romanoꝝ q̄ in magnis festiuitatibus impatozes facerent ante se poni p̄ honore imperiali arulā. & thus apponi. & dabantur apponentibus munera. **I**ulianus apostata impatoroz uolēs quosdā ch̄istianos fieri ydolatraſ oceltatis ydolis ibi iussit xp̄ianis thus igni apponere. **I**lli aut̄ nō aduertentes ydola thus apposuerūt igni p̄ amoze ip̄eriali. & aurū datū receperūt. **C**um aut̄ in cōiuiuis xp̄m̄ benedicerent & inuocarēt. **R**espōderūt ydolatre. quō eum modo iuocastis quē paulo ante negastis. tunc ydolū aduertētes aurū reiecerūt impatori. et clamauerūt dexteris sibi debere amputari quibus thus in igne posuerāt. & aurum receperant. licet nescirēt ydola. nec in honore eorum hoc fecissent. sed ignozanter cū essent ueri ch̄ristiani. **H**ii tanq̄z boni filii plus uolebant. ut ibi legiē. de capitari q̄z ī modico parē offendere. ul̄ ei displicere. sic machabei magis uolebāt iter feras habitare. & fenū comedere q̄z habitare cū sacrilegis. & in aliquo ab eis inquinari. **ii. mach. v.** **S**imiliter aut̄ **I**o. baptista. fugit ad deserta puer cū feris. ne leui saltē maculare uitā fame poss̄et. **Luce. i.** **I**tem hunc timozem habet qui p̄ aliquo incōmodo qd̄ sibi timet im̄inere non dimittit quī dei uoluntatem faciat. ut thobias id ē qui nec timoze moztis. aut rerū p̄iuatōne dimittebat moztuos se pelire. **I**tem hūc forsitā habet timozem qui postpōito timoze zelo succensus offensam dei non sustinet uidere ip̄unitā. ut mathathias. **i. mach. ii.** qui occidit ydolatraī ī periculo corporis & rerū. **S**eptimus est timoz reuerentie. **T**amen quidā dicūt q̄ iste est filialis. & q̄ hu iusmodi usus habē in patria. **p̄s. Timoz dñi s. p. i. s. l.** **E**t notanduz q̄ iste timor est quādo inferior creatura respicit dei magnitudinē **al**

superioris. & in sua resiliens paruitatem prime  
 fecit & obstupescit. sic Ioh. apo. i. videns filius  
 hominis cecidit. sic discipuli tres in monte tha-  
 boz. Mat. xvii. Et abraham gen. xviii. loquar  
 ait. ad dñm meū cum sim puluis & cinis. Si-  
 militer cū tres uidens. pcedens unū adorauit  
 Similiter angelica natura in celo uidens sum-  
 mā maiestatem tremuit & admirat & stupet de  
 sua puitate. ad summā magnitudinē que in-  
 finitū maior est. Similiter & aīa ibi uel in cō-  
 templatōe hic. Hoc signatū est in stupore regi-  
 ne sabba. & admiratōe salomonis. iiii. re. x. Itē  
 in casu hester. xv. vere admirabilis es dñe. Si-  
 militer Iohes baptista cōtremuit baptizās do-  
 minū sicut cantat de ipso. Hunc timorē bñ  
 habebat ille pater beatissimus syloi. de quo di-  
 cit in uitis patrū. q̄ cū instaret migratio bea-  
 tissimi syloi cōuenerūt multi patres. & subito  
 facta est facies eius quasi quodā fulgoze radi-  
 ans. & dixit. consolamī fratres ecce abrahā ue-  
 nit ad uos. & post. ecce chozus pphetarum. &  
 post. ecce sancti apli. & post. ecce sancti angeli  
 Et cum uideret loqui & quererēt quid loque-  
 retur. Respōdit. Venerūt sancti angeli tolle-  
 re aīam meā a cozpe supplico eis. ut paululum  
 ppter penitentiā agendā sustineant. Et cū di-  
 cerent abba tu nō indiges penitētia. ait. In ue-  
 ritate dico uobis q̄ necdū pncipiū peniten-  
 tie fecisse me memini. & cognouerūt q̄ pfect⁹  
 esset in timore dñi. bene in suā resiliens puita-  
 tem. quo migrāte totus locus odoze mirabili  
 est repletus. ad hūc timorem inducit cōsidera-  
 tio singuloz mirabiliū dñi & miraculoz. sic  
 timebant filii israhel. exo. xix. & xx. Vidētes  
 mirabilia. & audiētes que faciebat sup montē  
 synai. ps. Turbabunt a sig. t. qui. ha. t. Ioh. i.  
 Vidētes uiri q̄ mare quieuisset a feruore suo  
 timuerūt ualde dñm. luce. vii. Resuscitato mo-  
 tuo accepit om̄s timor. & magnificabāt deū.  
 Mat. ix. Vidētes turbe paliticū ambulante  
 timuerūt & gloriuauerūt deum &c. Marc.  
 .iiii. Vidētes discipuli q̄ impasset uentis &  
 mari. facta trāquilitate timuerūt ualde &c.

**DE OBIECTO TIMORIS.  
 DISTINCTIO. .XXVII.**

**D**emde considerandū est de obiecto  
 timoris. Et circa hoc consideranda  
 sunt octo. Primo uidentū est utrū  
 obiectū timoris sit bonū uel malū.  
 Secūdo utrū malum nature sit obiectū timo-  
 ris. Tertio utz timor sit de malo culpe. Quar-  
 to utrū ipse timor timeri possit. Quinto utrū  
 insolita uel repentina magis timeant. Sexto  
 utrū illa oīa que nō est remediū magis time-  
 antur. Septimo de deo timēdo. Octauo de ris-  
 mendis piculis huius mūdi. **C**ad primū scz  
 utrū obiectū timoris sit malū uel bonū. dicen-  
 dum q̄ timor est motus quidā appetitiue uir-  
 tutis. ad uirtutē aut appetitiuā pmet pzo-  
 secutio & fuga. ut dicit m. vi. ethi. Est aut psequi-  
 tio boni. fuga aut malū. unde quicūqz motus  
 appetitiue uirtutis ipoztat psequitōm habet

aliquod bonū p obiecto. quicūqz aut ipoztat  
 fugā habet malū p obiecto. Vnde cū timor ip-  
 oztat fugā quandā. primo & p se respicit ma-  
 lum sicut pziū obiectū. Potest aut etiā re-  
 spicere bonū secundū q̄ habet habitudinē ad  
 malū. quod quidā potest esse dupliciter. vno  
 quidem modo inquantū p malū pziuat bonū  
 ex hoc aut ipso est aliquid malū q̄ est pziuatū  
 uum boni. unde cū fugiat malū quia malū ē  
 Sequit. ut fugiat quia pziuat bonū quod q̄  
 amando psequit. Et secundū hoc dicit Aug.  
 q̄ nulla est causa timendi nisi amittat bonū  
 amatum. Alio modo bonū cōparat ad malū ut  
 causa ipsius. inquantū scz aliquod bonū sua  
 uirtute potest inducere aliquod nocuentū i.  
 bono amato. Et ideo sic spes ut supra dictum  
 est ad duo respicit scz ad bonū in quod intēdit  
 et ad illud p quod sperat se bonū cōcupitū adi-  
 pisci. ita etiā timor ad duo respicit scz ad ma-  
 lum q̄ refugit. & ad illud bonū q̄ sua uirtu-  
 te potest infligere malū. Et p hunc modū de-  
 timetur ab hoīe inquantū potest infligere penā  
 uel spiritalē uel cozpalem. p hunc etiā modū  
 timetur potestas alicuius hominis. maxime q̄  
 est lesa. uel quādo est iniusta. quia sic i. pzo-  
 ptu habz nocuentū inferre. ita etiā timetur  
 sup aliū esse id est inuiri alii. ut scz i. eius pote-  
 state sit cōstitutū nobis nocuentū inferre. sic  
 ille qui est conscius criminis timeet ne crimen  
 reuelat. **C**ad secundū scz utrū malū nature  
 sit obiectū timoris. dicendū q̄ sicut pbs dicit  
 in secūdo rhetozice. timor puenit ex fantasia  
 futuri mali cozruptiui uel cōtristatiui. Sic aut  
 cōtristatiuū malū est quod cōtrariat uolun-  
 tati. ita cozruptiū malū est q̄ cōtrariat na-  
 ture. & hoc est malū nature. unde de malo na-  
 ture potest esse timor. sed considerandū est q̄  
 malū nature quādoqz est a causa naturali. &  
 tunc dicit malum nature. nō solum quia pri-  
 uatur nature bonū. sed etiā quia est effectus  
 nature. sicut mors naturalis. & alii huiusmōi  
 defectus. Aliquādo uero malū nature puenit  
 ex causa nō naturali. sicut mors que uiolenter  
 infertur a psequutoze. & utroqz modo malū  
 nature quodāmodo timeet et quodāmodo nō  
 timeet. Cum em̄ timor pueniat ex fantasia fu-  
 turi mali. ut pbs dicit illud quod remouet fu-  
 turi mali fantasiam excludit & timorē. q̄ aut  
 nō apparet aliquod malū ut futurū potest ex  
 duobus cōtingere. vno quidē modo ex hoc q̄  
 est remotū & distans. hoc em̄ ppter distantiā  
 ymaginamur ut non futurū. & ideo uel non  
 timemus. uel parū timemus. ut em̄ pbs dicit i.  
 secūdo rheto. que ualde longe sunt nō time-  
 eur. sciunt em̄ om̄s q̄ morient. sed quia nō ppe-  
 nihil curant. Alio modo estimat aliquod ma-  
 lum quod est futurū ut non futurū. ppter ne-  
 cessitatem q̄ facit ipm estimare ut presens. vñ  
 pbs dicit i. ii. rheto. q̄ illi qui iam decapitant  
 non timeent uidentes sibi necessitatē mortis i-  
 minē. s; ad hoc q̄ alqs timeat opoztz adesse ali-  
 quā spem salutis. Sic igit malum nature nō

timetur. quia non apprehendit ut futurum. si vero malum nature quod est corruptivum apprehendat ut propinquum. & tunc cum aliqua spe evasionis tunc timebitur. **A**d tertium scilicet utrum timor sit de malo culpe. dicendum quod sicut supra dictum est. sicut obiectum spei est bonum futurum arduum. & quod quidem potest adipisci. ita timorem de malo futuro arduo quod non potest defacili vitari. ex quo potest accipi quod illud quod omnino subiacet potestati & voluntati nostre non habet rationem terribilem. sed id solum est terribile quod habet causam extrinsecam. malum autem culpe propriam causam habet scilicet voluntatem humanam. & ideo proprie non habet rationem terribilem. Sed quia voluntas humana ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum si illud inclinans habebat magnam vim inclinandi secundum hoc potest esse timor de malo culpe inquantum est de exteriori causa. puta cum aliquis timet commorari in societate malorum ne ab eis ad peccandum inducatur. Sed proprie loquendo in tali dispositione magis timet homo seductionem quam culpam secundum propriam rationem. id est inquantum est voluntaria. sic enim non habet ut timeatur. **A**d quartum scilicet utrum ipse timor timeri possit. dicendum quod sicut iam dictum est illud solum habet rationem terribilem quod ex causa extrinseca provenit. non autem quod provenit ex voluntate nostra. timor autem primus provenit ex causa extrinseca. & partim subiacet voluntati. provenit quidem ex causa extrinseca. inquantum est passio quedam consequens fantasiam imminetis mali. & secundum hoc potest aliquis timere timorem. ne scilicet imminet ei necessitas timendi propter ingruentiam alicuius excellentis mali. subiacet autem voluntati inquantum appetitus inferior obedit rationi. unde homo potest timorem repellere. & secundum hoc timor timeri non potest. **A**d quintum scilicet utrum insolita & repentina magis timeantur. dicendum quod sicut supra dictum est obiectum timoris est malum imminens. quod non defacili repelli potest. hoc autem ex duobus contingit scilicet ex magnitudine mali. & ex debilitate timetis. ad utrumque autem horum operatur quod aliquid sit insolitum & repentinum. Primo quidem facit ad hoc quod malum imminens magis appareat. omnia enim corporalia bona & mala quantomagis considerantur tantominoz apparent. & ideo sicut per diuturnitatem dolor presentis mali mitigatur. ut patet per tullium in tertio de tuscul. quod ita etiam ex premeditatione minuitur timor futuri mali. Secundo aliquid esse insolitum & repentinum facit ad debilitatem timetis inquantum subtrahit remedia que homo potest preparare ad repellendum futurum malum. que esse non possunt quando ex improviso malum occurrat. **A**d sextum scilicet utrum illa que non habent remedium magis timeantur. dicendum quod obiectum timoris est malum. unde illud quod facit ad augmentum mali. facit ad augmentum timoris. malum autem augetur non solum secundum speciem illius mali. sed etiam secundum circumstantias ut expeditis apparet. Inter ceteras autem circumstantias diuturnitas vel etiam perpetuitas magis videntur

facere ad augmentum mali. Ea enim que sunt in tempore secundum duratorem temporis quodammodo mensurantur. unde si pati aliquid in tanto tempore est malum. pati idem in duplo tempore apprehenditur ut duplatum. & secundum hanc rationem pati idem in infinito tempore. quod est perpetuo pati habet quodammodo infinitum augmentum. mala autem que postquam deventerit non possunt habere remedium vel non defacili accipiuntur ut perpetua vel diuturna. & ideo maxime redduntur timenda.

**C**irca septimum de deo timendo. sciendum quod deum esse timendum ostendunt. Primo que intra nos sunt. Secundo que extra nos. Tertio que infra nos. Quarto que supra nos. **I**ntra nos sunt duo que deum ostendunt esse timendum. primum est lex nature quam intra nos gerimus. ratio namque naturalis dicitur summe magnam summe esse timendum. si ratio naturalis dicitur patrem deum & regem temporalem & carnalem esse timendum. sic videmus ad sensum. quantomagis timendus est summus ille pater. de quo dicitur eph. ii. A quo omnis paternitas in celo & in terra est. & deuter. xxxii. Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit & fecit & creavit te. ideo dicitur levi. xix. Patrem tuum timebis. si deum temporalem. quantomagis deum deorum. unde deuter. x. Quid dominus deus tuus petit a te. nisi quod timeas eum etc. Et subiungit rationem dicens. Ipse est deus deorum et dominus dominantium. deus magnus potens & terribilis. Item si regem mortalem timeamus quanto magis timendus est rex regum. rector scilicet piorum regum & ultor impiorum. ideo iere. x. Quis non timebit te o rex gentium. **S**ecundo intra nos ostendunt deum esse timendum peccata que facimus. iere. ii. Arguet te malicia tua etc. Sequitur. Scito & vide quia malum & amarum est te reliquisse dominum deum tuum. & non esse timorem eius apud te. Sap. iiii. Venient in cognitione peccatorum suorum timidi. **I**tem extra nos ostendunt deum esse timendum creature generaliter. et scripture multipliciter. Omnes inquam creature suadent nobis deum esse timendum. quia nos invitant ad amandum deum qui creavit hec omnia ad obsequium nostrum. sicut dicit Augustinus. Respexisse celum & terram. & omnia que in eis sunt. & omnia mihi clamant ut diligam te domine. Cum igitur omnis amans timeat. invitent nos omnia ad timendum deum. unde apoc. xiiii. Angelus habens euangelium eternum clamabat omnibus gentibus timete dominum & adorare eum qui fecit celum & terram mare & omnia que in eis sunt. Similiter. xv. Sancti qui uicerunt bestiam cantabant. magna & mirabilia sunt opera tua domine quis non timebit te. Item creature invitent ad timendum deum. quia omnia elementa. & ea que in eis sunt punita sunt in peccato primi hominis. unde gen. iii. Maledicta terra in opere tuo. spinas & tribulos germinabit tibi. quod videtur innuere apost. ro. viii. Omnis creatura ingemiscit & preurit usque adhuc que liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. si sic punitur creatura que non peccavit.

quantum debet timere ille qui hanc penam infligit illi creatozi. ille qui contra illum iudicem peccauit. qui ut dicitur sap. v. Armabit creaturam in ultionem inimicorum. qui ut dicitur eiusdem. ix. Fecit hominem ut dominaretur uniuersae creature. & disponeret orbem terrarum in equitate. **S**ecundo extra nos ostendunt scripture multipliciter quod deum timere debeamus. uidelicet suadendo. promittendo. comminando. & flagella seu punitio nes peccantium recitando. **P**rimo quidem ostendunt scripture deum esse timendum suadendo seu precipiendo. leuit. xix. Timebis dominum deum tuum quia ego sum dominus tuus. **I**bidem. Time dominum deum tuum. deut. xvi. dominum deum tuum timebis. et illi seruis. uel. x. Quid petit dominus a te nisi ut timeas eum. &c. eccl. xii. Deum time & mandata eius obserua. **H**ec est omnis homo. ps. Time domini omnes sancti eius &c. eccl. vii. In tota anima tua time deum. i. pe. ii. Deum time &c. **S**ecundo suadet nobis scripture timere deum. multa bona timentibus promittendo. deut. v. Quis mihi det aut dominus eos habere talem mentem ut timeant me. & bene sit eis in sempiternum. thob. iiii. Habebimus multa bona si timuerimus deum. eccl. i. Multa promittuntur timentibus deum eiusdem. xxxiii. Timentibus deum non occurrunt mala. sed in temptatione deus illi liberabit. ps. Time domini omnes sancti eius. quoniam non est inopia timentibus eum. unde dicitur esse thesaurus bonorum spiritualium. ysa. xxxiii. Timor domini ipse thesaurus eius scilicet bona spiritualia in tuto loco conseruans. puer. xxii. Timor domini diuitie & gloria. et non solum in presenti promittuntur bona. sed etiam in futuro promittuntur eterna. ps. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. & eccl. i. Timor domini gloria & gloria & letitia & corona exultationis. bn. **S**cribit dominus propositum pacis super metuentes eum. dissimulans mala. remunerans bona. ut miro modo & bona & mala cooperentur eis in bonum. **T**ercio suadet nobis scriptura timere deum comminando mala non timentibus eum. deut. v. Dominum deum timebis. & sequitur post. Nequando irascatur furor eius contra te & auferat te de superficie terre. puer. i. increpationes meas neglexistis. **E**go quoque in interitu uostro ridebo &c. **E**t post. Tunc inuocabunt & non exaudiam. mane consurgent ad me & non inuenient me &c. & post subiungitur causa. & timor domini non susceperunt. iere. ii. Scito malum & amarum esse te reliquisse dominum et non esse timorem eius apud te. **Q**uarto laudet scriptura timere deum flagella dei super non timentes eum recitando. ut enim nobis timorem incutiat. recitat quomodo deus peccatores angelos precipitans condemnauit. unde. ii. pe. ii. Si enim angelis peccantibus non peperit. primos pentes exheredauit. humanum genus in diluuium fere deleuit. sodomitas subuertit & succedit. israhelitas peccatores multis flagellis attriuit. & sic de aliis. nec solum timendum est. quia in presenti flagellat multipliciter peccatores. sed etiam magis quia flagellis multis bonos exponit in presenti. & maxime pro hoc quod filium suum unigenitum

tot & tantis flagellis exposuit. **I**uxta quod ipse dixit Luce. xxiii. Si in uiridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet. **I**tem ostendunt nobis deum esse timendum que intra nos sunt scilicet purgatozium & infernus. **D**e quibus require multa inferius in locis suis. **I**tem deum ostendunt esse timendum que supra nos sunt. id est multe considerationes attributoz dei que summe sunt in deo. & deus proquant esse summe timendum. & eius offensa esse summe cauenda. que sunt eius summa essentia potentia. sapientia. iustitia. puritas seu bonitas. prouidentia & munificentia. **P**rimo quidem summa eius essentia. quia ipse est causa prima siue causa causarum omnium. dans omnibus esse. pro quod sunt. sic nominat se moysi. exo. iii. **C**um quereretur moy. quod est nomen tuum. Respondit dominus. Ego sum quod sum. cuius essentia non habet causam aliam. sed alia ab eo sunt. unde aristoteles & alii philosophi uocant deum causam primam que immota mouet alias. ut sint & efficiant ad quod sunt. **B**ern. de consideratione libro v. Quid est deus quod est. **M**erito quidem nihil competentius certificat quid deus est. si enim bonum. si magnum. si beatum. si sapientem dixeris uel aliud aliquid in hoc uerbo instaurat quod est. **I**deo summe timendus est a quo sumus quod sumus. ne si eum peccando offendimus se subtrahat a nobis. & nihil sumus quod fiunt homines cum peccant. ut dicit glossa super iob. i. Sine ipso factum est nihil. **P**rimo nihil est. per quod. **N**ihil fiunt homines cum peccant. unde de illo lucifero tali & tanto. de quo in Ezech. xxxviii. dicitur. tu signaculum similitudinis dei &c. post multas gloriosas laudes eius subditur. inuenta est iniquitas in te. peccasti & eieci te de monte sancto dei. & in fine nihil factus es. & non eris imperpetuum. **I**n passione gordiani & epimachi. cum dixisset gord. ego adoro christum qui fecit omnia non ydola. **C**lementius preses ait. Si fecit omnia quare ab imperatore iuliane pietus est. Respondit gordianus mag ab eo iulianus pietus est quia deum non timet ideo a deo pietus est. **S**aul a deo pietus de monibus expositus est. & in nichilum redactus. similiter et imperator apostata iulianus. **S**eundo summe timendus est deus propter eminentiam potentie. iob. xlii. Scio quod omnia potes. **M**ath. x. & Luce. xv. Eum time qui postquam occiderit habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam. **A**lii potentes qui possunt in corpus non tamen in animam. nec semper aut ubique hic aut in omnibus semper & ubique. & quomodo & quomodo & quantum uult & statim cum uult. **B**ern. super can. **Q**ui omnia solo uerbo creauit corpora et spiritus. cui de sola uoluntate celeris suppetit efficientia tam in creandis rebus quam in ordinandis put uoluerit. ualet cum uult. quantum uult. quomodo uult. **I**dem super can. serm. li. **H**uius omnipotentis arbitrio presto est incunctanter quod uoluerit. omne opus altum inclinatur. omne aduersum cedit. docet sine lingua. prebet & tenet sine manibus. sine pedibus currit & succurrit peunibus solo spirituali nutu cum uult. ad quemcumque

vult agenda cum tempus est. Idem in expositione super missus est. soli deo idem est facere quod loqui. idem loqui quod uelle. siquidem apud deum nec uerbum dissidet ab intentione. quia ueritas est. nec factum a uerbo. quia uirtus est. nec modus a facto. quia salus est. De homini omni potentia dicebat glodoueus rex francoꝝ cum audiret tonitrua & tremere. **Iste est recte dicendus rex potentissimus qui solo uerbu suo alios reges facit tremere & timere.** **Tertio summe timendus est propter claritatem sapientie. quia sicut potest omnia ita scit omnia. Iob xlii. Omnia potes. et nulla te latet cogitatio. unde dicit Iob. damas. deus grece theos dicitur. a theaste quod est considerare siue uidere. quia considerat & uidet omnia facta uel cogitata a nobis. unde totus uidet & totum uidet. unde Bernidicit eum totum oculum. & totum lucem. in libro quinto de consideratione. solus deus sola nescit ignorantiam. totus lux totus oculus qui minime fallitur. quia minime claudit. quia extra se non querit lumen ut uideat. ipse est qui uidet. ipse est unde uidet. Ideo ecci. xxiii. Arguit adulterum dicentem. quis me uidet tenebre circumdant me. pietes cooperiunt me. delictorum meorum non memorabitur altissimus. & non intelligit quod omnia uidet oculus illius. iste expellit a se timorem dei. & post non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sole. circumspectantes omnes uias hominum. & profundum abyssi & hominum corda. ad hoc facit exemplum supra positum de thayde unde benedicit boetius magna uobis indita est necessitas bonitatis dum cuncta agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. & quidem uersificator. cum quid turpe facis quod me spectante ruberes. cur spectante deo non magis ipse rubes. **Quarto timendus est deus propter seueritatem iustitie. que sicut dicit Aug. Non sine dedecore culpe sine decore uideat. de quo apoc. xix. Qui ueniebat ad iudicium uocabatur fidelis & uerax. & in iustitia iudicat & pugnat. cui in principio capli clamant uoces celestes. iusta & uera iudicia eius. qui iudicauit de meretricibus &c. quia nec prece nec precio nec amore uel fauore. uel odio flectitur ab equitate. nec timore. puer. vi. zelus & furor uiri non parcat in die uideat. nec acquiescet cuiusquam precibus. nec accipiet pro redemptione dona plurima. bern. In sermone de epistola in exilio mansuetus. & amabilis in iudicio iustus & terribilis in regno gloriosus & admirabilis. hic rector est momentum. In iudicio discretor meritoꝝ. in regno distributor premiorum. Hic autem timendus est non solum quia iuste iudicat. sed etiam quia dure uideat torques eternaliter in inferno. unde sequitur apoc. xix. Ipse calcet tozculari ire dei. eiusdem. xliii. dicitur. quod filius hominis sedens super nubem candidam misit falcem suam acutam & uindemiavit botros vinee terre. & misit eos in lacum ire dei magnum & calcatus lacus. Iste lacus infernus est. ubi mali precisi dei sententia irreuocabili & inflexibili a confortio beatorum precipientem et concubantem a demo-****

nibus & suppliciis de diuersis apprimetur & atterentur ut acinus in tozculari. in quorum supplicio deus terribilis & horribilis apparebit. ps. Tu terribilis es & quis resistit tibi. Aug. Deus est in seipso alpha & omega id est principium & finis. in mundo creator. & rector in angelo decus & sapientia in celo libator et adiutor. in reprobis terror et horroꝝ. **Quinto summe timendus est deus propter summam puritatem bonitatis. Summa est eius puritas mundicia & bonitas. Ad cuius comparationem bona nostra sordida apparent. ysa. lxi. Facti sumus ut imundi omnes. & quasi panus menstruate uniuerse iustitie nostre. Iob xxv. Nunquid iustificari potest homo comparatus deo aut apparere mundus natus de muliere. ecce luna non splendet. & astra non sunt munda in conspectu eius. quantomagis homo putredo &c. uel quia summe bonus odit impios & impietatem. Sap. xliii. Odio sunt deo impius & impietas eius. Ideo secundum Iob. damas. tertio theos grece dicitur ab ethim quod est ardens id est consumens mala. s. deut. iiii. Dominus deus tuus ignis consumens est. deus emulorum. **Sexto propter summam prouidentie bonitatem. que est causa causarum omnium. & omnium eorum effectuum. ab ipsa enim res omnis prouidentem ab eterno. & in tempore creatur. ordinantem & disponuntem. & ornantem res inferiores. ad eius nutum generantem. fouentem ueritatem. augmentantem & multiplicantem & disponuntur & administrantem. Ipsa est causa omnium corporaliu. et spiritaliu motuum. actuum. effectuum meritoꝝ. & premioꝝ. Ipsa administrat nobis bona temporalia. naturalia. gratuita. & eterna. Ipsa creat. & ornantem. & gubernat. et seruat. subuenit. liberat. iustificat. magnificat. & saluat deum timentes. & supra condignum remunerat. Ipsa merito dicitur summa et prima causa. ipsa dicitur ipse deus. Ipsa grece theos dicitur uel a thein quod est currere uel fouere. ut dicit Iob. damas. quia ipsa uelociter subuenit. gubernat et disponit & fouet uniuersa. Sap. vi. Ipsa summa sapietia circuit querens dignos se. & in uis suis ostendit seipsis hilariter. & in omni prouidentia occurrit illis. Ideo summe timendus quod nobis omnia prouidet. ne si non timeat ipse se & sua beneficia nobis ingratis subtrahat. et omnia amittamus. ecci. v. Ne dicas non est prouidentia. ne forte iratus dominus super sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum. uel timida est ei prouidentia. quia quanto plura & maiora exhibet. tanto maiorem & artioꝝ rationem exiet. Greg. **Quantomagis crescunt dona. tantomagis crescunt rationes donoꝝ. Idem quantomagis quis quod accepit in munere. tantomagis obligatur in reddenda ratione. ecci. xii. in bonis sit cor tuum &c. & post. Et cito pro omnibus istis adducet te deus ad iudicium. Hec est una causa secundum quod assignat glo. Immo precipua que diuites epulonem in inferno tradidit. quia in felicitate sua timidus non fuit. qui plus habent plus dimere debent. De huius prouidentie beneficiis dicit Bern. in li. v. de consideratione. amat ut caritas******

nouit ut veritas. sedet ut equitas. dominat ut  
maiestas. regit ut principium. tuet ut salus. opat  
ut uirtus. rutilat ut lux. assistit ut pietas. Quid  
ergo est deus quod ad uniuersos spectat finis. quod ad  
electionem salus. quid quirit ad se nouit ipse. quod  
est deus uoluntas omnipotens. beniuolentissima uir-  
tus. lumen eternum & incommutabilis ratio. summa bea-  
tudo. creans mentes ad se principium. uiuificans  
ad sentiendum. efficiens ad appetendum. iustificans  
ad promerendum. dilatans ad capiendum. accedens ad  
zelum. fecundans ad fructum. dirigens ad equitatem.  
informans ad beniuolentiam. moderans ad sapien-  
tiam. roborans ad uirtutem. uisitans ad consolationem  
illuminans ad cognitionem. perpetuas ad immortalitatem.  
implens ad felicitatem. circumsidans ad securita-  
tem. Hec omnia summa dei prouident beniuolentia. **I**deo  
summe reuerenda et timenda & diligenda. **S**eptimo  
propter munificentie largitatem. summe timenda est  
eius irritatio. & sui muneris prauatio. de cuius libe-  
ralitatis innumere. dicit dionysius. **S**umma libera-  
litas domini dat donum equale sibi. summa decet dare  
ipsam. bester. ii. **R**ex assuerus largitus est do-  
na iuxta magnificentiam principalem. donum autem  
equale sibi non potest; ipse dare nisi se daret. dat  
autem se timentibus. se in presenti pro gratia. in fu-  
turo pro gloria. ecci. i. **T**imor domini iustificabit &  
custodiet cor. iocunditatem atque gaudium dabit  
eternum sed iustificat & seruat cor in presenti per  
gratiam. dat iocunditatem & gaudium quoniam timentibus  
se dat deus in premium. ps. **Q**ui timent te ui-  
debunt me o pater ait filius. & letabunt. quia ui-  
sio diuinitatis christi & humanitatis est tota mer-  
ces. ut dicit **A**ugustinus. videre est tota merces gen-  
tium. **A**pparuit dominus abzabe per uisionem dicens.  
ego protector tuus & merces tua magna nimis.  
**E**x premissis colligitur quod summe timendus est  
non solum quia ubique est. sed quia omnibus presentis  
est. nec ita timenda esset eius presentia. si igno-  
raret que agunt ubi presentis est. sed ipse uidet  
& scit omnia. non ita timendus esset si omnia  
sciret. & omnia non posset que uellet sed ipse  
potest omnia. quando & quando & quotiens uult. uel  
si posset omnia & esset exclusus ab aliquo lo-  
co posset eius potentia euitari. sed ipse in omnibus  
& super omnia est. ut non sit qui manus eius possit  
effugere. nec cum omnibus antecedentibus non  
ita esset timendus sed esset mutabilis de loco ad  
locum. de scientia in ignorantiam & obliuionem ab  
omnipotentia in impotentiam. sed ipse semper idem  
manens & immutabilis. nec ita timendus esset si  
non prouideret omnia. si possemus habere alium om-  
nium prouisorum. uel si antecedentia occurrerent omnia  
& esset in aliquo malus posset malitiam non odi-  
re & amare. si non esset iustissimus posset de-  
decus culpe impunitum relinquere. si non esset  
summe liberalis & largus. non posset nos sum-  
mo bono & dono prouare quo prouat peccantes  
se non timere. quod confert solum timentibus  
se. quia tanto dono & bono soli illi digni sunt  
de quibus dicit. **D**edisti hereditatem timentibus  
nomen tuum domine. ps. **M**ichee. vi. **S**alus erit omni-  
bus timentibus nomen tuum. **I**osephus in pro-

logo libri antiquitatum ait. pro omnibus doceantur  
homines. quia pater omnium est dominus deus existens et  
uniuersa respiciens. timentibus & sequentibus se  
uitam felicissimam prebet a uirtute discedentes  
maximis calamitatibus subdit. **E**x predictis pa-  
tet uerum quod legitur ecci. xxxiii. **N**ihil melius  
quam timere deum. quod nobis prestare dignetur ipse  
deus auctor. **C**irca octauum scilicet de periculis hu-  
ius mundi timentis. consideranda sunt septem.  
quorum consideratio & frequens meditatio multum  
est utilis ad retrahendum hominem a peccato. vi-  
delicet locus habitatus. tempus peregrinationis.  
status conuersationis. conditio humane fragili-  
tatis. affectio humane fatuitas. malorum hominum  
euitanda societas. & demonum execranda peruer-  
sitas. **L**ocus habitatus est mundus qui in  
scriptura sacra uocatur mare. uocatur etiam exilius  
uel desertum. unde mundus iste periculosus est  
ad modum maris & ad modum deserti. mundus  
quippe dicitur mare. sicut ait. ps. **H**oc mare ma-  
gnum non solum spaciosum. sed super omnia ma-  
ria periculosum. ecci. xliii. **Q**ui nauigant mare  
enarrant pericula eius. de quo **B**ernardus ait. **P**eri-  
culum probat transeuntium paucitas & peuntium  
multitudo. **I**n magno mari marilie de quat-  
tuor nauibus transeuntibus uix periclitatur una  
**I**n hoc mundo uix de quadraginta transeunti-  
bus euadit unus a periculo. **I**tem in magno pe-  
riculo sunt homines in hoc mari non solum propter  
peuntium multipliciter. imo propter periculorum  
pluralitatem & imensitatem. **S**unt enim tot & tam  
magna pericula quod qui uult euitare unum inci-  
dit in aliud. unde. **I**ncidit in scillam cupiens ui-  
tare caribdim. frequenter uolens uitare periculum  
luxurie absorbetur a uozagine uel uertigine aua-  
ritie quasi a caribdi. i. ebi. vi. **Q**ui uolunt diui-  
tes fieri incidunt in tempestatem & in laqueum  
dyaboli. & sequuntur mergunt homines in iteritum  
& perditionem. **L**onge plura sunt pericula in mun-  
do quam in mari. **I**nter que sunt. viii. pericula que  
paulus enarrat. ii. cor. xi. **P**ericulis fluminum  
id est uoluptatum que curzunt ad amaritudinem  
iehenne. ecci. i. **O**mnia flumina iterant mare zel-  
latrones sunt demones latenter insidiantes et  
spoliantes descendentes a hierusalem in iericho.  
& sic de aliis contra hoc orat dauid in ps. **S**al-  
uum me fac deus quoniam intrauerunt aque &c. **E**t  
post. **N**on me demergat tempestatem aque &c. **I**tem  
in magno periculo sunt homines in hoc mari pro-  
pter uentorum uehementiam et contrarietatem. dan.  
vii. **Q**uattuor uenti pugnant in mari sed uanum  
timor. uana spes. uanum dolor. & uanum  
gaudium. uel presentis prosperitas ut auster. aduersi-  
tas sed aquilonis. orientalis id est inspiratio gra-  
tie. occidentalis sed suggestio malicie. **I**tem  
quarto periculosum est hoc mare propter mostro-  
rum diuersitatem que mostra designant. dan.  
iiii. per quattuor bestias que surgebant de ma-  
ri. prima que similis erat leoni significat sup-  
biam uite. **S**ecunda urso similis significat uo-  
luptatem carnalis concupiscentie. **T**ertia similis  
pardo significat auaritiam uel terrenam occupiam



Quarta habens dentes ferreos terribilis &c. significat crudelitatem malicie &c. Item in hoc mari sunt syrenarum cantus quos ut dixit Hieronimus debemus surda aure transire ad modum ulixis sapientis qui dicitur pice aures obturasse ne has serenas audiret. Hec syrene habet res facies femineas & uoces blandas sunt adulatorum & blandi malorum suadentes ad quorum cantus blandos precipiunt se homines in pericula mundi nisi obturauerint aures suas consideratione de formidatis & fetoris peccati tanquam pice est ibi sylla id est saxa latratia ut canes id est detractores bonis oblatrantes est etiam ibi de hoc mari consurgens illa bestia malicie & nequitie & inobedientie de qua apoc. xiii. uidi bestiam de mari ascendente que habebat septem capita & decem cornua id est septem capitalium uitiozum & decem transgressionum decalogi pro que pugnat contra nauigantes pro hoc mare. Item sunt ibi syrenes loca fabulosa interitice & aquosa profunda nimis hic & ibi sine aqua ex succedente aduersitate & prosperitate. Item quinto sunt in hoc mari peccatores in magno periculo propter peccatorum ponderositate cum quibus sunt & conantur natari per profundissimum mare qui bus expediret potius ut dicitur Math. xviii. quod suspenderet mola asinaria ad colla eorum & demergerent in profundum quam demergerent ut lapis molaris picatus in mare id est in profundum inferni apoc. xviii. Et substituit angelus lapidem molarum &c. Item sexto sunt in magno periculo propter uasum in quo nauigant qualitate est enim corpus humanum fragilius & passibilius omni uitro. Item est nauis perforata ita quod intrant aque temptationum & malarum delectationum usque ad animam perforamina quinque sensuum. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque usque ad animam meam Treñ. iiii. Inuidauerunt aque super caput meum ratonis scilicet &c. Nauigant peccatores periculosius quam ille episcopus & sui de quibus dicit Greg. i. ii. dialog. xxxiiii. De maximiano episcopo qui cum rediret de constantinopoli roma eius nauis in adriatico mari irimas fusa ex uehementia undarum & uentorum repleta est undis usque ad superiores tabulas nauis tunc munierunt se confessione et comunione corporis & sanguinis christi & commendatione animarum suarum. Cum autem haec nauis usque ad octo dies sic permanens suum iter ageret nono die exonerata hominibus & ultimo maximiano episcopo in mari submersa est. Item septimo in magno periculo sunt in hoc mari peccatores propter defectum necessariorum & ad nauigandum & ad uiuendum. Ipsi enim peccatores carent uirtutibus pro quas quasi pro uelum & malum & alia instrumenta nauis habent duci carent etiam uento gratie aere spiritus sancti sine quo nauis non potest procedere in bonum carent spiritualium consolationum nutrimento & sustentamento. Item timenda sunt pericula huius mundi ad similitudinem periculorum que in deserto sunt mundus enim est desertum periculosissimum deus. viii. Du-

ctor tuus fuit in solitudine in qua erat serpens flatu adurens & scorpio & diptera. Serpens flatu adurens est mundana cupiditas. Scorpio primo blandiens in fine autem pungens est carnalis concupiscentia diptera latentem interficiens est superbia uite similis est illi deserto pro quo filii israel transierunt ad terram promissionis ubi tota multitudo que de egypto exiens desertum intrauit mortis periculum non euasit nec ad terram promissionis uenit nisi caleph & iosue. Tertio periculosus est quia est fornax uitiozum in qua mali succedentes eam sepe precipititer cum caldeis comburuntur dan. iiii. i. ioh. v. Mundus in maligno positus est id est malo igni expositus. Quarto quia carcer periculosissimus in quo cum pharaonis reseruante mali ad mortem qui nunquam uellent exire hunc carcerem qui in exitu sunt suspendendi & occidendi gen. xxxix. Item actuum. xii. Herodes seruabat petrum in carcere occidendum & tradendum hostibus post pascha id est transitum transitus a mundo. Quinto quia ibi est uia periculosissima quia tenebrosa est sic ut pauci in ea uias suas aut se cognoscendo uideant. Item lubricosa ita ut pauci sint qui in ea mortaliter non corruant. Item irretita ita quod pauci sunt qui in ea hostes euadant de hiis tribus in ps. fiant uie illorum te. &c. fi. ui. il. te. et lu. & an. d. dif. Sexto est domus ruinosa de cuius tota die pietibus cadunt lapides subito iuxta uel super homines opprimendo eos scilicet casus subitici & improuisi & tamen homines sunt ut porci qui licet clament & grunniant cum unus subito securi percitur perterriti parum tacito obliti ad pastum redeunt ubi subito occidunt. Item legi quod cum quidam inter iudeos audiret doctrinam gamalielis in qua scriptum est quod non est habitandum in domo ruinosa propter multa pericula ut lapidum aut lignorum subito cadentium aut serpentum cogitans quod hoc esset iudea derelicta a deo ut dicitur Math. xxi. Ecce relinquetur domus uestra deserta fugit ab ea ad ecclesiam. Item est domus plena laqueis ad capiendum uiros spirituales pro spirituales temptationes ecci. ix. In medio laqueorum ingredieris. Iere. v. Inuenti sunt in populo meo ponentes laqueos &c. Post sequitur. Sicut decipula plena auibus sic domus eorum plene sunt dolo. Item est plena muscipulis ad capiendum illos qui ad modum murium adherent terre. sap. xiiii. Creature dei facte sunt in odium & in muscipulam pedibus insipientium. Item septimo est rota molendinaria & fortune que quoadiu tempus fluit ut aqua semper uoluit & ut dicit greg. qui labenti inicitur necesse est ut cum labente labatur. Secundo timere debemus quia tempus est periculosum quia requirit a nobis dominus qualiter illud expendimus. Omnia enim momenta concessa sunt nobis ad agendam penitentiam ad impetrandam gratiam ad acquirenda merita & gloriam pro merenda. Et ideo districte requirit dominus a nobis omne tempus nobis impensum qualiter fuerit expensum & exiger illud a nobis

cum usuris. sicut ostendetur infra de iudicio. Est autem tempus modernum maxime periculosum quia ualde aptum est ad generandas spirituales infirmitates que ducunt ad mortem eternam. ut dicitur i. thym. iii. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. quia simul & semel est tempus nimis calidum siccum & humidum spiritualiter. ex hiis contrahuntur omnes infirmitates. ex eo quod iste qua litates nimis abundant. estuat tempus ardore inordinato scilicet desiderio peccandi. ysaie. ix. succensa est quasi ignis impietas. Item abundat frigiditas ex defectu caloris uitalis & ordinati scilicet caritatis. de utroque Math. xxiiii. abundabit iniquitas & frigescet caritas multorum. hoc scilicet est in nouissimis temporibus. hoc etiam ostendit apostolus. ii. thym. iii. Erunt in nouissimis diebus tempora periculosa. homines seipos amantes & ubi ostenditur quomodo quasi extinguatur ignis caritatis & succenditur ignis abundantis iniquitatis. ut patet cum dicitur seipos amantes. uix enim in mundo iam aliquid pure amat propter deum sed propter proprium commodum. Unde amor modernus reflectitur in seipsum. quia in eo quod amant non deum sed seipos amant. quomodo abundet iniquitas patet cum subditur. Cupidi elati superbi &c. Item periculosum est tempus ex abundantia siccitatis spiritualis que fit per ingratitude que desiccatur humorem uitalis in hoc mundo. unde Bern. Ingratitudo est uentus urens rorem gratie. Fluente misericordie uenas pietatis exiccans unde subdit in supra dicta auctoritate. ii. thi. iii. ingrati celesti sine affectione &c. ingratitude fuit causa destructiois hierosolimo. ut dicitur Luce. xix. Eo quod non cognouerunt tempus uisitationis sue &c. Iere. viii. miluus cognouit in celo tempus suum &c. populus autem meus me non cognouit. Bern. Recolens in corde meo temporibus miserabilium horum temporibus in me metipso confundo. cui enim modernorum tantum gaudium ingerat tantorum beneficiorum ex hibitione quantum antiquis patribus sola promissio. uideatur quod mundus sit iam in pedibus statue. de qua dan. ii. dicitur. Quod coniungebat ferrum teste. quod signat quod in fine erunt sine federe. & siccum ab humore gratie. Item periculosum est tempus ex superbia dancia noxii humoris scilicet uoluptatum carnalium in quibus homines per uiribus suis abundant. unde sequitur in supra dicta auctoritate. thym. uoluptatem magis amatores quam dei. ii. pe. ii. voluptatem existimantes diei delicias. cominuatōis & macule delicias affluentes. Tertio timere debemus ratione status. quia status huius mundi est ualde periculosus. unde dicitur enim imminet periculum scilicet superius & inferius. interius & exterius. Superius namque sunt peccatores in maximo periculo. quia dei iustitia habens euagium eum gladius super capita eorum. uult eos scindere per medium. Iob. viii. Qui incredulus est uerbo dei non habet uitam in se manentem. sed ira dei manet super eum. Ro. i. Ira dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam. Item ex parte inferiori est periculis apertum os putei infernalis. & dra-

conis qui uult eos absorbere. & securis mortis est ad radicem arboris uitam scindens de die in diem. Et nota quod peccatorum similis est homini de quo dicit barlaam iofaphat. ut dicit Iob. damasc. qui cum timeret uniconem sequente cecidit in foueam qui in casu suo adhesit arbori que de fundo foueae descendebat. cum inferius aspiceret uideret ad pedem arboris puteum teterrimum abyssalem. & draconem flammis arborum cingentem. & eius casum ore aperto expectantem. Item uidet duos mures maximos. unum album & alium nigrum. arborum incessanter in radice corrodes. sentit etiam arborum iam uacillare & titubare. uidet etiam quattuor uiperas a quattuor partibus spelunce procedere. & totam speluncam flatu mortifero intoxicare. uidet etiam in ramis arborum pomula quedam mortifera. sed gustui aliquantulum delectabilia & apparatus exteriorum pulchra. quibus delectatus periculi sui obliuiscitur. quidam autem amicus eius audiens casum eius occurrens ei ex opposito porrigit ei scalam per quam egreditur a periculo. inculcans ei periculum. & quod inde exeat. Iste autem cum diceret se prius sinu pomis implere. & differret arborum corrupta & cadente a flatu dictarum uiperarum corruptus cecidit in os draconis. qui descendens in puteum eum ibi uorauit. Hic homo est peccator. uniconis est mors temporalis. fouea mundus. arbor uita peccatorum. poma eius delectationes peccatorum. puteus infernus. draco dyabolus. mus albus dies. niger nox. quattuor uipere quattuor qualitates in temporantia. amicus ihesus christus autem predicatores. scala est consilium penitentiae faciende. dum autem differt homo acquiescere salutari consilio subito uita deficiente in os dyaboli cadit. qui eum in infernum rapit deuorat & depascit. Item ex parte interiori est in magno periculo. quia eius conscientia est lacus leonum cum quibus oportet eum morari quoadiu est in peccato mortali. ecc. xxi. Dentes eius dentes leonis interficientis animas hominum. in maiori periculo est quam daniel pietus in lacum leonum. dan. vi. & xiiii. Qui dominum habebat secum consolantem & concludentem ora leonum. horum autem deus est aduersarius Augustinus. Audacior est qui in uno peccato mortali dormit quam qui cum septem hostibus de morte sua in uicem obligatis. Item ex parte exteriori quantum ad statum undique est peccatorum periculum. quia ut dicitur Iob. xiiii. nunquam in eodem statu permanet. quia modo sanus. modo eger. modo diues. modo pauper. modo letus. modo tristis. modo timet. modo sperat ex hiis que exterius sunt. unde in magno periculo est. & in magno timore debet esse qui turrim habet edificare octo laterum. in qua necesse habet quoadiu uixerit habitare. Que talis est conditio. quia quacumque edificauerit unum laterum eius. cadit & aliud. usquequo turris tota cadat. & habitantem prosterminat & atterat. hec turris uita presens est octo latera eius sunt sanitas. infirmitas. diuitie. paupertas. letitia. tristitia. timor & spes. de rebus presentibus & uanis. quorum quantomagis ascendit

alterum cadit reliquū. usquequo corpus obruant. & aīa in casu eius opprimat. **Q**uarto in maximo periculo sumus in hoc mūdo propter conditōis humane fragilitatē. habitam⁹ in domo lutea que terrenū habet fundamētū **Iob. xiii.** Homo nat⁹ de muliere bre. ui. tem. & ibi satis notat fragilitas conditōis humane. patet q̄ ex qualitate humane cōditōis est homo in magno periculo. quia cum moret in domo fragilis corporis cū eo pugnant quattuor pugiles assidue sibi adūstantes. **I**ta q̄ si un⁹ omnio a facie alterius succubuerit domus lutea corruat & i puluerē reuertat. & habitator capiatur. ut ad suspendiū eternū trahat. **H**ec domus est corpus luteū in quo cōpugnant secundū quattuor cōplexiones eius. calidū. frigidū. siccū. humidū. si alterū istoz omnino ibi succubuerit necesse habz homo mozi corpus incinerari. aīa ad patibulū trahi. **E**t nota q̄ cum quidam rex quereret a quodā p̄bō quinqz questiones. respondit ad singulas sic. **P**rima fuit quid est homo. Respondit mācipium mortis. hospes loci. viator transiens. **M**ācipium dicit quia manū mortis euadere nequid. & q̄a mors om̄s dies ei⁹ & labores rapit. et quia i fine s̄m q̄ homo meruerit p̄miū ei soluit. **I**tem dicit hospes loci quia cito obliuioni tradit. licet cum gaudio recipiat. **I**ta q̄a pascens & potans et gratos in mane de hospitio nihil de rebus hospitii secum portare p̄mittitur & in hospitii introitu multa ei p̄mittitur que nō soluunt. **I**tem est uiator transiens nec ad momentū siue dormiēdo siue comedēdo a cursu ad mortē acquiescens. **S**ecunda questio fuit. cui similis est homo. Respondit aceruo niuis. rose matutine. pomo nouo. q̄a ut aceruus niuis modico calore cito in aquam de qua fuerat cito resoluit. sic homo genitus de putredine modica infirmitate i eam reuertitur. **R**ose matutine quia in iuuetute habens colozem uiuidū. in uespere senectutis hē marcidum. **P**omo nouo. quia dum in arboze pendens ad crementū debitū puenire credit modico uerme interius exorto corrodit. & subito corruens inutile efficit. sic homo ē pueritia sua subita infirmitate et morte puentus inutilis suis efficitur. & ita patet q̄ ut dicit in ps. hō uanitati. si. f. ē. di. e. si. v. m. p̄tere. **T**ertia questio fuit quō se habet homo. Respondit ut lucerna ad uentū que cito extinguit. ut scintilla i mari que ab undis cito absorbet. & ut dicitur in li. sap. v. ut spuma gracilis q̄ cito a p̄cella. dispergit. ut lanugo que subito a uento rapitur. ut fumus q̄ cito diffundit & ad nichilū redigit. **Q**uarto questio est. ubi est homo. Respondit q̄ in bello multiplici & diuerso. in terra se habet bellū intestinū remordentis cōscientie ut si est in p̄cto a deo auertat. in se id est i p̄prio corpe habz bellū ciuile & uicinū. quattuor elementoz que sibi cōpugnant ad inuicē per cōtrarias qualitates. calidi em̄ compugnat in humano corpe frigidis & humētia siccis

quodlibet quattuor elementoz vult eū sibi uīdicare de alio. p̄ hoc pugnat cū aliis ut ei preddomet. uel ut eū ad nichilū redigat. terra pugnat ut ei p̄ddomet p̄ melancoliam. aqua ut fiat fleumaticus. aer ut fiat sanguineus. ignis ut fiat colericus. quodlibet hoz in hoīe et p̄o homine acquirendo cōtra aliū pugnat. & quodlibet alteri p̄ uiribus repugnat. **T**ertium bellum est extra rerum sc̄z occupabiliū. & est ut a deo auertant. & ad se illicito amore conuertent eum faciant. **Q**uinta questio est cum quibus sociis est homo. **R**esponso est q̄ cū septē sociis est homo. qui eū assidue molestant qui sunt fames. sitis. calor. & frigus. lassitudo infirmitas. & mors. & ut istis satisfaciatur deum frequēter peccatoz molestat. **Q**uinto i magno periculo sunt hoīes p̄pter eoz manifestā fatuitatem que luculenter apparet in septem. **P**rimo quia ut balaam assuetus mōstris mōstra uisa nec stupebat nec timebat. Ipsa ip̄i periclitantiū uisa pericula nec uitant nec formidant. & sunt similes latroibus. qui cum uidēt suspendi aliquē de sociis suis nō p̄pter hec dimittūt furta sua. sed uidentes eum suspensuz dicit unus alteri. hoc est territorium inertiū. **I**tem nō solū uidēt q̄ non metuant. immo uidēt q̄ non sentiant picula i quibus sunt ad modum ebrioz & dormientiū. **S**unt em̄ similes iōne p̄pter cuius p̄ctm̄ nauis periclitabat. alii om̄s clamabāt & timebāt. ipse solus in tēpestate & periculo dormiebat. eiusdē. ii. & ideo aliis inocentibus euandētibz ipse solus in periculo remansit. p̄uer. xxiii. **E**ris quasi dormiens i mari & quasi gubernatoz amisso clauo. **I**tem non solū nō sentiūt periculum. immo etiā ip̄m diligunt adeo q̄ in illud scienter se impingunt. & imergunt ut qui in mari saliant scienter ad cantus syrenarū. ita hoīes currūt ad loca q̄ sciunt sibi periculosa ad loca ubi sūt occasiones peccādī i spectaculis mulierū. p̄. vii. **D**e fenestra dom⁹ mee. p̄spexi. & ecce uideo uecordem iuuenem. & ecce mlier occurrit ei i habitu meretricio. & post. statim sequitur eā quasi bos ductus ad uictimā. & q̄si agnus lasciuens. & post. uelut si auis festinet ad laqueum et nescit q̄ de periculo aīe eius agatur. **E**c̄. ix. p̄pter speciem mulieris multi perierunt. **I**tem ec̄. iii. **Q**ui amat periculum p̄bit in illo. **Q**uarto nō solum pericula amant imo periclitantibus se sic illaqueant ut ab eis euelli nequeant. ad modū eoz qui submersi in aquis extingunt. **Q**uinto quia cū se deberent exonerare & explicare ab impedimentis i periculo ad modū materialiter pericula aquarū timentium ut nudī & expediti liberi⁹ possent nare & euadere. ecōuerso se magis implicat & onerant rebus tēporalibus et uociuis. **I**em thy. vi. **Q**ui uolunt diuites fieri &c. sunt similes illis qui derelicta libera & clara aqua. elegunt per herbosam & limofam aquā fluuiū transuadere. qui quādo se credunt magis expedire. magis se impediunt onerant & illaqueant. unde

subito impediuntur submerguntur & extinguntur. **I**tem sexto quia cum sint in periculo deū non excitant nec adiutorium eius inuocant sine quo euadere nequeunt. sed potius iracundiam eius prouocant. dum uolentes eos a periculo reuocare & liberare contemunt. & etiam eos quos uident sibi acq̄scere. & pericula fugere ad eius mortem irident & contemunt. **ii cor. i.** Verbum crucis per uos stulticia est. eis autem quod salui fiunt. in nobis dei uirtus est. **I**tem dicitur quod cum quidam paterfamilias haberet duos filios. propter fornicationem suam in medio maris perierat. et uideret eos in periculo maris in medio palpitantes. non in memoriam paternam uiscerum nauicula supra. & manus porrigens eis. cum clamore & fletu nitentur eos a periculo reuocare et liberare. **A**lter autem manu patri porrigens liberatus nauicula inpositus est. **A**lii autem uerba patris contemnent et periculum prouidens. & cum spuma maris ludens ab unda subito oppressus submersus. extinctus est. sic hiesus ueniens in mundum manibus in cruce extensis uult liberare naufragos qui acquiescunt ei. & adherent ei & cruci. a periculo liberantur. qui autem contemunt & uanitate diligunt. subito periclitantur. **N**on sic fecit hiesus. **xiii.** qui confugit ad dominum pauens periculum. **N**on sic discipuli. **Matth. iiii.** Cum nauicula cooperisset fluctibus sed excitauerunt hiesum dicentes. domine salua nos. **I**tem non sic petrus. **Matth. xiiii.** qui cum cepisset mergi clamauit. domine saluum me fac. **I**tem. **vii.** Non solum adiutorium diuinum uel sanctorum non aduocant. sed eos ad iracundiam contumeliosam prouocant. & ut maris delphines in tempestate saltent. et ut frenetici & insani in suis periculis exultent et eos quos secum non uident inuolui in periculis insensatos et insanos reputant. sapientie. **v.** Nos insensati uita illozum reputabamur insaniam & finem sine honore. **S**exto timere debemus quia periculosa est societas malorum quam multi diligunt & sequuntur. que maxime est declinanda hominibus desiderantibus suam salutem. exemplo **I**obis baptiste qui postquam uenit ad adultam etatem magis elegit habitare inter feras quam inter homines. **S**en. **Q**uotiens inter homines fui minus homo redii. **I**tem exemplo machabeorum magis elegerunt habitare in desertis cum feris quam cum gentibus. **ii mach. v.** **I**tem exemplo domini. qui postquam surrexit a mortuis non legitur habitasse uel conuersatus fuisse cum aliquibus malis. sicut fecit tempore illo quo conuersatus est in terris. licet legatur sepe apparuisse & fuisse cum bonis. **I**tem in uitis patrum legitur quod cum arsenius abhuc mozares in seculo in palatio & rogaret pro sua salute uox ad eum ait. fuge homines & saluaberis. quod intellegitur de malis & mundanis. & quia multa mala facit mala societas de aliquibus eorum aliqua ostendamus. **E**t notandum quod mala societas quindecim mala facit. **P**rimo ab hereditate excludit angelos a celo. hominem a paradiso. roboam a regno. de primo apoc. **xii.** **D**raco traxit secum tertiam partem stellarum cum cauda. prima pars est eorum qui uoluerunt deo contempnendo assistere. **S**ecunda est eorum qui ei mistrando pa-

rati fuerunt deo obedire. hii non ceciderunt sed in ueritate steterunt. **T**ertia pars fuit eorum qui fuerunt parati dyabolo consentire. hii cum lucifero ceciderunt. adam plus uxori quam deo obediens exulat a paradiso. roboam quia magis credidit consilio iuuenum socioz quam senioz amisit regnum israhel. **S**ecundo spoliat & consumit bona temporalia. naturalia. & gratuita. **Q**ui incidit in malam societatem similis est illi qui incidit in latrones. **S**poliat gratias bonis. **Luce. x.** **I**tem similis est filio prodigo cuius bona meretricis consumpsit. **Luce. xvi.** **I**tem tertio perit sibi similes efficit. **ps.** cum peruerso perteris &c. **ecc. xiii.** **O**mnis caro ad sibi simile conuertetur. **I**bidem. qui comunicat superbo induet superbiam. **xiii.** amicus stulti sibi similis efficietur. **exo. xxiii.** **d**e. **vii.** **N**on inibis cum eis fedus. **S**en. **E**x conuictu enim mozes formanet. **C**andido et innocenti socio rubiginem suam malignam comes affricuit. dicitur quod alexander non poterat se cohibere quin incederet ad modum leonidis hystrionis cum quo nutritus fuerat. **Q**uarto inficit & corrumpit. ut grex morbidus inuadet leporem si sanum uel mundum. **I**tem fructus putridi sanum. toxicum cibum. massa fermentum. **ii cor. v.** **M**odicum fermentum totam massam corrumpit. uinum corruptum corrumpit bonum. flatul malus ut basilisci aerem uicinum. **i cor. xv.** **C**orrumpit bonos mozes colloquia praua. **Q**uinto maculat & polluit. ut pix & carbo manum tangentis. **leuit. v.** **A**nima que tetigerit aliquid immundum rea erit. **Nu. xix.** **Q**uidquid tetigerit immundus immundus erit. **agg. ii.** **S**i tetigerit pollutus in aia ex omnibus hiis nunquid contaminabitur &c. **S**exto apostatate facit. ut salomon. **ii regu. xi.** **M**ulier petrum se calefacientem cum ministris **Iob. xviii.** **ecc. xix.** uinum & mulieres. **S**en. **S**eptimo seducit ezech. **iii.** **C**um scorpionibus habitas. **Osee. vii.** **E**ffraym quasi coluba seducta non habens cor. id est prudentiam declinandi praua consortia. facit dyabolus ut aucupes qui ponit colubas que habent consutos oculos in discipula sua. ad quos accedentes alie non aduertunt eas captas nec laqueos & capiunt cum eis. **iii regu. xiii.** de propheta domini que quia falsus propheta seduxit. ut sequeretur eum occisus est a leone. **I**tem **Iere. xviii.** **S**eduxerunt te uiri pacifici tui. dimiserunt te in sceno & in lubrico pedes tuos. & recesserunt a te. hoc dicitur de sedechia. qui quia credit falsis prophetis a nabugodonosor est captus. & exoculatus. & in babilone ductus est. de seductione male societatis refert petrus alfonso multa exempla. **V**num est tale. dicit enim cum quidam uellet ire apud metham per desertam egypti comendauit cuidam bone fame pecuniam quam redeunti negauit. qui consilio cuiusdam sapientis fecit fieri decem cophinos plenos sabulo & pulcherrimos ab extra. unus precessit cum muliere & seruo. **A**lii nouem sequebantur aloge. & dixit mulier illi qui negauerat depositum quod quidam magnus diues de consilio suo uolebat bone fidei eius illos committere decem cophinos plenos pecunia

cui occurrit & perpendens eum esse cui nega-  
uerat depositus. ait. amice nimis diu dimisisti  
pecuniam tuam apud me. & cum recepisset cophi-  
nos & pecuniam recessit. **I**tem idem dicit qd cum  
quidam iuuenis haberet domum iuxta diuitem  
quendam. nec uellet ei uendere p uoluntate sua  
precio dato posuit in ea decem tonellos. quorum  
quinqz pleni erunt oleo. alii v. semipleni oleo. et  
alia pars erat plena aqua. que accusauit diues  
cozam iudice defraude & oleo furato. qui per  
consilium cuiusdam phi qui dicebat auxiliu mise-  
roz liberatur. dum docuit iudice qd faceret fe-  
ces mensurari. quia feces responderet oleo. **I**dem  
phis ait. **N**o emas domum anteqz cognoscas ui-  
cinum. & si est ei malus etiam emptam uende. qz  
qui habet malum uicinum habet malum matutinum.  
ut patet in predicto exemplo. **I**tem is qui supra  
dixit qd quidam diues habens saccum plenum au-  
reis amisit in quo erat serpens aureus et cum  
faceret clamari a pcone qd qui redderet amissum  
qd inde haberet decem aureos. pauper qui eam  
pecuniam inuenerat inuita uxore reddidit eam.  
diues autem dolens p decem aureis quos paup  
habebat. accusauit pauperem coram iudice dicens  
qd in dicto sacco erant duo serpentes aurei. ad  
hoc consulens phs dixit. diues pbus homo ui-  
detur & uidet qd non debeat mentiri. pauper  
qui cum posset retinere reddidit. uidet fidelis  
et ueridicus. s; tamen hm dictu diuitis non e  
iste saccus suus. retine ergo hunc. et fac clama-  
ri qd qui inuenerit saccum in quo sunt duo ser-  
pentes aurei reddat diuiti. et istum reddes cum  
inuenis cuius esse debeat. **Q**uod audiens di-  
ues detexit dolu suu. **I**tem ad idem facit ex-  
emplum de duobus sapietibus & tertio simpli-  
ci. qui uolentes se decipere sic decepit. **C**um iret  
per desertum & no haberet nisi modicam farinaz  
duo eoz astuti condixerunt quo deciperet tertiu  
qui simplex uidebatur. & dixerunt qd de farina  
facerent libum. & cum coquerent in igne dixe-  
runt duo tertio. qd dormiret & qui mirabilius  
somniaret panem comederet supra dictus. **T**u  
simplex fingeat se dormire stertendo. & alii  
duo dixerunt ad muicem. tu dices qd somnasti te  
moriturum. & qd angeli portarent te in paradysum.  
& ego qd eram mortuus. & demones uolebat  
me portare in infernum. **A**lius post attendens qd  
duo dormirent surxerit & comedit libum. duo  
excitati dixerunt adinuicem qd sic somnauerant  
excitantes tertiu querunt somnium eius. **E**go som-  
niaui ait. qd te mortuum angeli ferret in paradysum  
demones te in infernum. ideo surrexi & libum com-  
medi. **O**ctauo fama ledit & uirtutes & bo-  
na opera occidit. ecc. xlvii. **P**ostqz in multis mi-  
rabiliter commendatus est salomon. de eo sub-  
ditur. **I**ncuruasti femora tua mulieribus. dedi-  
sti maculam in gloria tua. **I**deo iacob esau dicit  
Gen. xxiii. **G**radiamur simul. ego ero socius iti-  
neris tui. dixit qd si iret cum eo moreretur una  
die cuncti greges & paruuli simul. **N**ono  
a deo diuidit. **I**osue. x. **N**on ero ultra uobiscum  
scz qz diu amor reus esset cum eis. **I**tem in uitis

patrum legit qd quidam petens locum solitudinis.  
& rogans dnm ut ostenderet sibi locum apertum.  
uidz aqla qua sequit qsi agelum sibi missum. p-  
cedit eum usqz ad locum in quo erat palma & fons  
in pede. in quo loco mansit pluribus annis ora-  
tioni instans. de fructibus palme comedens &  
de foliis se uestiens. tunc dyabolus in forma cur-  
foris accedens cepit eum admirando inspicere di-  
cens. qd eum quesierat p heremum multo tempore.  
quia pater suus mortuus erat in seculo & he-  
reditas ei competebat p qua multi parati erant  
pugnare. qui ei acquiscens eum secutus est. cum  
ea intentione ut res distribueret. & post rediret.  
**Q**uo cum ueniret dyabolus dispuuit. & ille pa-  
rentes uiuos inuenit. & societate illoz illectus  
ibi remanens. & multis flagitiis se immiscens. in  
eis miserabiliter mortuus est. **D**ecimo deum  
offendit. ps. odi. ec. malig. ii. pal. xix. **I**mpio p-  
bens auxiliu &c. **V**ndecimo lites et iurgia  
nutrit. gen. xiii. **F**acta est rixa &c. puer. xiii.  
**I**nter superbos sp iurgia sunt. **D**uodecimo in  
malum succendit. ps. ignis exarsit in synago-  
ga eoz. ecc. x. **A** modica scintilla auget ignis.  
**J**ob. xxx. **E**rauerunt draconum qui sunt flammis  
uomi. **T**ertio decimo in periculo inuoluit.  
gen. xviii. **S**urge exi de sodomis. & subditur  
ne pereas iscelere &c. **P**erierunt generi loth q  
exire noluerunt. sicut ibidem dicit nu. xvi. **D**isce  
dicere a tabernaculis eoz. similiter. i. regu. xv.  
**Q**uarto decimo ad mortem tpalem adducit  
**S**eneca **A**lter alterum tradimus in mortem. **P**hs.  
**N**on est transeundum per sedem gentis inique.  
**D**icit petrus alfonsi. qd duo clerici euntes p ci-  
uitate audierunt dulcissime cantantes in taberna-  
cum fistulis. inuitantes eos ad potum. tunc unus  
dixit alteri. dicit phs. **N**o est transeundum p se-  
dem gentis inique. non ibo ad eos. & hiis di-  
ctis recessit. **I**nde alius illectus tam dulcedine  
cantus qz auuiditate potus. cum declinasset ad  
eos uenit ppositus cuiusdam uille in qua fe-  
cerat homicidium. & cepit omnes & suspendit. &  
clericum illum cum illis. tunc cum suspenderent moto  
experimeto suo & tarde floleo. qd fatuus est q  
non credit sapieti de uitando consortio pzauroz.  
**Q**uinto decimo in infernum coburit. **M**ath.  
xiii. **C**olligite zizania & ligate in fasciculos ad  
coburendum. ecc. xxi. **S**trupa collecta synagoga  
peccatorum. & consummatio eorum ignis. vnus ticio  
in igne coburit alium. sic unus malus hic alium.  
& in futuro cum alio coburet. **S**eptimo time-  
da est demonum impietas. qui summe timedi sunt  
multis de causis. uidelicet. ppter localem. ppin-  
quitate. ppinquitate iuisibilitate. uoluntatis ma-  
lignitate. intentionis pueritate. actionum cru-  
delitate. crudelitatis insatiabilitate. potestatis  
impietate. impietatis imensitate. subtilitatez na-  
ture. antiquitate experientie. sagacitate fallaci-  
e. studiose malitie. psumptioem audacie.  
pccitate ipudentie. multiplicitate obtente ui-  
etorie. auuiditate nocendi. uarietate fallendi. ass-  
duitate teptandi. impossibilitate placandi. et de-  
formidatis horroz. **D**e eorum crudelitate spali

dicitur. **Iob. xvi.** Collegit furorem suum in me. & cominans mihi infremuit contra me dentibus suis hostibus meis terribilibus etc. **Et post.** In manibus impii tradidit me etc. **puer. v.** Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli. **ysaie. xix.** Tradam egyptum in manibus impiorum dominorum crudelium. **Iere. vi.** Crudelis est & non miserebitur. **Ideo crudelis est iustis crudelior suis. crudelissimus sibi ipsi.** **Q.** crudelis sit iustis patet in flagello. **Iob. ii.** percussit iob ulcere pessimo a planta pedis etc. **Item** in flagello antonii quem in principio sue conversionis uerberauerunt demones ad mortem. **Item** crudelior est suis in inferno eos deuorando. **Iere. li.** In persona damnati. comedit me. deuorauit me. absorbuuit me. sicut draco repleuit teneritudine mea uentrem suum. **Et in dyal. xl.** exemplum de theodoro & de monacho guloso. qui uidebat ualde religiosus et abstinentes. sed comedebat in occulto quod in fine hoc clamauit quod dyabolus absorberet animam eius ut draco. & quod pedes eius & genua iam ligauerat. & animam eius absorbebat os suum habens in ore suo. hec dicens. mortuus est. de eorum potestate. **Iob. xl.** Non est potestas super terram que ei possit comparari etc. **ecc. xxxix.** Spiritus ad uindictam creati & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. & in tempore consummationis effundent uirtutem & furorem eius qui fecit eos. **Ioelis. i.** Dentes eius ut dentes leonum. si sic contra deum fortis fuit eum in cruce occidendo. **Iere. xlvi.** Fortis impugit in fortem & ambo pariter corruerunt. quantomagis contra homines preualebit. **Gen. xxxii.** **Item** abac. i. Ipse de regibus triumphabit & super omnem munitiorem ridebit.

**De multiplici arte nocendi uel temptandi. i. pe. v.** Aduersarius uester dyabolus etc. legitur in uita beati marcialis quod cum quidam sanctus adiuraret demonem qui mirabiliter affligebat quemdam arreptum ut diceret quomodo uocaretur. dixit quod mille artifex. eo quod haberet infinitos modos fallendi & nocendi. **Iob. xx.** Pluet super eos bellus etc. **Ideo** in apoc. xii. Draco dicitur habere septem capita & decem cornua. **Ideo** in uitis patrum specie diuersarum ferarum beato antonio apparerat. unde aliquando fingebat dyabolus leonum rugitus. aliquando sibilos serpentum. ut sic eum ab heremo fugaret. **Item** dyalo. iiii. Dicitur quod cum datus mediol. episcopus chorinthum aduenisset intrauit domum quam multis annis demones inhabitantes in habitabile reddiderat. & cum uellet ibi de nocte quiescere cepit audire magnis clamoribus rugitus leonum. balatus pecorum. sibilos serpentum. ruditus asinorum porcorum & sonitum et huiusmodi. tunc episcopus ait. Bene tibi contigit miser tu es ille qui dixisti. ponam etc. **Ero** similis altissimo. ecce per superbiam tuam hiis bestiis similis factus es. ad hec quasi erubescens dyabolus recessit.

**De deformitate eorum horribili dicitur. Iob. xx.** uadent & uenient super eos horribiles. sap. xi. Poteres eras mittere illis multitudinem ursum. aut audaces leones. aut noui generis ira plenas etc. post quarum non solum

lesura poterat eos exterminare sed etiam aspectus occidere. Quidam sanctus in uitis patrum dicebat. puto quod si quis uideret demones in illa deformitate in qua uident eos damnati non posset uiuere. **Naui. ii.** aspectus eorum quasi lampades & quasi fulgura discurrentia etc. **Igitur** beatus in passione beati bartholomei legitur quod angelus uolens ostendere dyabolum illis quibus beatus bartholomeus predicauerat. precepit eis in frontibus fieri signum crucis. & tunc ostendit eis ingentem maurum. nigriorem fuligine. facie acuta. barba proluxa. crinibus usque ad pedes. presens. de oculis igneis scintillas emittentem. ex ore & naribus sulphureum ignem spirantem. iunctis retero manibus. **Item** greg. dyal. xl. dicit de crisaurio quod cum infirmaret uidit multitudinem demonum horribilium. & cum clamaret inducias uel usque mane. & se huc illuc uerteret ne eos uideret. nec posset eos non uidere in terrore illo mortuus est. **Item** beatus sebastianus ait in eius legenda. peccatores a morte perpetua capiunt & tenentur in qua est iugis flamma preuerans tribulatio & pena perpetua. huic atrocis angeli commozant. quorum brachia capita draconum sunt. quorum oculi ex se igneas sagittas iaculant. quorum dentes sicut elephantis preminet & stimulant ad tormetum. uelud cauda scorpionum. quorum uoces ut leonum fremitus sonant quorum aspectus tremorem inducit patitur dolore & mortem. & ad hoc ibi uiuunt ut uita cruciatibus exponatur. & ad hoc uita reintegrat ut serpentum moribus membra iteratis subinde et reparatis postea atrectentur.

## DE CAUSA TIMORIS. DI. XXVIII.

**De**inde considerandum est de causa timoris. **Et** circa hoc consideranda sunt duo. **Primo** uerum causa timoris sit amor. **Secundo** utrum causa timoris sit defectus. **Circa** primum sciendum quod obiecta passionum anime se habent ad eas tanquam forme ad res naturales uel artificiales. quia passionem anime speciem recipiunt ab obiectis. sicut res predicte a suis formis. sicut igitur quiddam est causa forme est causa rei constituta per ipsum. ita etiam quiddam & quocumque modo est causa obiecti est causa passionis. **Contingit** autem aliquid esse causam obiecti. uel per modum cause efficientis. uel per modum dispositionis materialis. sicut obiectum delectationis est bonum apparens. conueniens. coniunctum cuius causa efficiens est illud quod facit coniunctionem. uel quod facit conuenientiam uel bonitatem uel appetentiam huius boni. **Causa** autem per modum dispositionis naturalis est habitus uel quecumque dispositio. secundum quam fit alicui conueniens aut appetens illud bonum quod est ei coniunctum. **Sic** igitur in proposito obiectum timoris est estimatum malum futurum propinquum cui resisti defacili non potest. & ideo illud quod potest inferre tale malum est causa effectiua obiecti timoris. et per consequens ipsius timoris. illud autem per quod aliquis ita disponitur ut aliquid sit ei tale est causa timoris & obiecti eius per modum

dispositionis materialis. & hoc modo amor est causa timoris. Ex hoc enim quod aliquis amat aliquid quod bonum sequitur quod privatum talis boni sit ei malum. & per consequens quod timeat ipsum tanquam malum. timor enim per se & primo respicit ad malum quod refugit. quod opponitur alicui bono amato. & sic per se timor nascitur ex amore. unde dicit augustinus in libro lxxxiii. questi. nulli dubium est non aliam esse metuendi causam. ne illud quod amamus aut amittamus adeptum aut non adipiscamur speratum. Secundario timor respicit ad illud per quod pervenit tale malum. & sic quandoque per accidens inducit timor amorem in quantum scilicet homo qui puniri timet a deo servat eius mandata. & ex observantia mandatorum incipit sperare ut spes inducit amorem. et hoc est quod dicit augustinus super i. cano. io. Quod si secula introducitur filium. sic timor introducitur amorem. hoc tamen est per accidens ut dictum est. Circa secundum scilicet utrum defectus sit causa timoris. dicendum quod sicut dictum est. duplex causa timoris accipi potest. una per modum dispositionis materialis ex parte eius qui timet. alia per modum cause efficientis ex parte eius qui timeat. Quantum igitur ad primum defectus per se loquendo est causa timoris. ex aliquo enim defectu virtutis contingit quod non possit repellere imminens malum. sicut enim divitiis temporales & robur corporis multitudo amicorum. & potestas & huiusmodi excludunt timorem sicut dicitur in secundo rhetorice. sic ex defectu istorum causarum amor. sed tamen ad causandum timorem requiritur defectus cum aliqua materia. minor est enim defectus qui causat timorem futuri mali quam defectus consequens malum presens de quo est tristitia. & adhuc esset maior defectus si totaliter sensus mali auferretur vel amor boni cuius contrarium timeat. Quantum vero ad secundum virtutis & robur per se loquendo est causa timoris. ex hoc enim quod aliquid quod apprehenditur ut nocivum est virtuosum contingit quod eius effectus repellere non potest. contingit tamen per accidens quod aliquis defectus ex ista parte causat timorem in quantum ex aliquo defectu contingit quod aliquis velit nocivum inferre. puta propter iniustitiam. vel quando ante lesus fuit vel quia timet se ledi.

**DE EFFECTU  
TIMORIS. DIST. XXIX.**

**D**einde considerandum est de effectu timoris. Sciendum est autem quod timor secundum decem effectus habet in anima. Primo namque timor discutit conscientiam. sicut homo timens ne latrones sint in domo disquirat & scrutetur omnia latibula ne ipsum spoliaret vel iugulent dormientem. sicut obsessi in castro undique circueuntes inspicunt ne subintrare possint adversarii. & ipsos dum non advertunt occidunt. sicut presidens in monasterio omnes officinas visitando circuit omni sero. ne quid contra religionis honestatem fiat ibi. sic homo deum timeans redit ad cor suum ne quid in eo lateat. quod oculos divine maiestatis offendat. Ideo dicitur ecclesiasticus xxi. Qui timet deum convertetur ad cor suum.

& eisdem primo timor domini scientie religiositas. Secundo timor inducit penitentiam. sicut patet de ninivitis Ione ii. Qui ad predicatum ione timuerunt & penitentiam egerunt. Et de paulo. actu. ix. Qui tremens ac stupens ait. domine quid me vis facere. Et de gabaonitis Iosue. ix. Qui audientes cuncta que fecerat Iosue & callide cogitantes tulerunt sibi cibaria & omnia que pertinent ad veros penitentes. & subdierunt. Timuimus enim valde & pavidimus animabus nostris. ista penitentia delet peccatum. ecclesiasticus primo. Timor domini expellit peccatum. Ibidem. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Item ecclesiasticus ii. Qui timeat dominum preparabunt corda sua. & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. dicitur per prophetam quod ceruus in angustia positus & timore inter canes & specula venatorum non habens effugium recurrit ad lachrymas quas abundanter emittit. Tertio timor inducit vigilantiam. ne scilicet homo recidivum patiat. puer. xiiii. Timor domini fons vite in quo scilicet vita gratie conservatur. peccatum abluit anima renovatur. fervor fornicis refrigeratur. ut declinet a ruina mortis. spiritualis videlicet & eterne. Item puer. xv. Per timorem domini declinat omnis a malo culpe & pene. avis semel capta si potest evadere diligentius timet laqueos. ceruus canes lupus pedicam. & homo per incuriam suam infirmitate incurrit. postquam convaluit. vigilantius cauet sibi. Ideo. puer. viii. timor domini odit malum. unde de Iob. qui interpretatur dolens dicitur Iob. i. Erat timens deum. & recedens a malo. & exo. xx. dixit moyses filiis israel. venit deus ut terror eius esset in vobis. & non peccaretis. Exemplum in dial. xl. De theodoro qui cum in religione necessitate compellus sequitur esset fratrem suum. iuramento firmabat quod nunquam assumeret habitum. sed dissolute vivens infirmitate arripitur. in extremis laborans clamavit fratribus presentibus & orantibus. recedite quia datus sum draconi ad devorandum. qui iam me absorbet. sed ipeditis orationibus vestris. qui cum magis orarent clamavit deo gratias. quia vestris orationibus liberatus sum. & ex hoc vitam suam emendavit. Quarto excludit extollentiam. Exemplum de rege ninive. qui audita comminatione de subversione civitatis deposuit vestimenta regia. surrexit de solio. indutus est sacco & cetera. Item de acham. iii. regum. xxi. Cum audisset acham comminationem domini scidit vestimenta sua. & operuit cilicio carnem suam ieiunavit & dormiuit in sacco. & ambulavit demisso capite. similiter luc. xxiiii. Mulieres cum timerent ad sepulchrum declinaverunt vultus suos in terram. & gen. xviii. Cum audiret abraham comminationem dei contra sodomam ait. loquar ad dominum meum cum sim pulvis & cinis. quomodo pavo circumspectus eleuationem caude superbit de pulcritudine rotte. videns autem turpitudinem pedum demittit eam. et horribiliter clamat. sic homo respiciens finem suum humiliatur. Quinto timor prestat in temperatione resistentiam. ecclesiasticus ii. Fili accedens ad servitutem dei sta in iustitia & timore. & prepara

añam tuam ad tēptatiōem. Nota qui timet & amat dñm suum legitimū. si ab eius aduersario temptat de damno de dehonozatiōe uel p̄ditōe dño suo faciēda. n̄ ei cōsensit. sic i propo sito exēplū de ioseph. qui temptat⁹ ab egiptia noluit assentire. gene. xxxix. Vnde xp̄s tēptatus a demone. Math. iiii. respondit Scri ptum est. dñm deum tuū timebis &c. & meri to qui temptat timere nō debet. quia sicut dicitur eccl. xxxiiii. Timeni deū nō occurrēt mala. sed in tēptatiōe deus illuz cōseruabit & liberabit a malo. **Sexto** timor dei dat in afflictōe sustinentiā. quia sicut dicit Grego. Timor dñi in uia dñi operat fortitudinē. in uia seculi debilitatē. nec mirū. quia sicut ait ps. firmamentū ē dñs timentibus eū. & eccl. xxxiiii. Qui timet deū nihil trepidabit & nō timebit qm̄ ipse est spes eius &c. Sequit. Oculi domi super timētes eum. p̄fectoz potentie firmamē tum uirtutis. regimē ardozis. umbzaculuz meridiāni deprecatiō offensionis & adiutoziū casus. exaltans añam & illuminās oculos. dans sanitatē & uitā & benedictōem. Ideo dicebat ps. Dñs mibi adiutoz non timebo quid faciat mibi homo. Idem. si ambulauero i medio um bze mortis. nō timebo mala. qm̄ tu mecum es. **Septimo** timor dei facit i oratione clamoris uehemētiā. solent em̄ hoies clamare quādo timent periculū. Math. xiiii. discipuli timētes p̄ timore clamauerūt. Iero. Incerta uox & confusus clamor magni timoris est iudicium. & Math. xiiii. Cepit petrus ambulare sup aquas ut ueniret ad ihesum. uidens uero uentū ualidum uenientē timuit. & cū cepisset mergi clamauit dicens. Dñe saluū me fac. ps. Adozabo ad tēplum sanctū tuum in timore tuo. ps. uoluntatē timentiu se faciet. & deprecatiōem eoz exaudiet &c. **Octauo** timor dei dat de dei cōdescensione cōfidentiā. quia sicut timor seculi generat diffidentiā. ita timor dei cōfidentiā. puer. xiiii. Timor dñi fiducia fortitudinis. ps. beneplacitū est dño sup timētes eum. & in eis qui sperāt super misericordia eius. Et bene. ps. ista duo cōiungit spem uidelicet & timorem. quia nec timor sine spe. nec spes esse debet in hoie sine timore. ne timor in desperationē deiciat. nec spes sine timore in p̄sumptionem extollat. vnde deus. xxiiii. Nō accipies loco pignozis inferiorē & superiorē molā. Mola inferior est timor. Mola supior est spes. q̄rū neutra debet homo carere. In figurā hui⁹ dicitur gen. xlix. De benedictōibus celi desup & abyssi iacētis deoz sum. erit benedictio tua. In bene. ce. figurat spes celestiu. que est de celestibus bonis. In bene. abyssi. figurat timor qui surgit ex penis inferni. inter ista duo debet esse semp uita iusti. ut sp habeat pre oculis gaudia celi de quibus speret. & penas inferni quas timeat. cuius figurā abrahā gerit. de quo legit gen. xii. q̄ terendit tabernaculū suū habēs ab occidente bethel. & ab oziente hay. id est in aduersis debet habere spem que ē de gaudiis pa-

radisi q̄ figitur in bethel. quod interpretat⁹ domus uel habitaculū dei. In prosperis autē debz habere timorē p̄ctozum suoz ul futuri iudicii uel tormentoz inferni. quod figurat i hoc nomine hay. interpretat⁹ em̄ uita ualliu que ē uita sordium. uita peccatoz uel questio uite q̄ erit in iudicio ubi totius uite ratio exiget. uel interpretat⁹ abyssus. in quo notatur timor inferni. **Nono** timor dei facit in operatiōe diligentiam. timor em̄ sollicitat. sicut patet timentes inopiam solliciti sunt acquirere. timētes suamittere solliciti sunt ea custodire. timētes mortem sollicite cauēt que possunt mortem inducere. sic homo timēs deū sollicitus ē quō deo placeat. & quid agere debeat. vnde Job. ix. Cōsiderans eum timore sollicitoz. eccl. vii. Qui timet deum nihil negligit. ideo dicebat rex iofa phat. ii. pal. xx. sic timor dñi uobiscū. & cū diligētia cuncta facite. Sequit. Agetis i timore dñi fideliter i corde p̄fecto. eccl. i. Qui timēt dñm custodiunt mādata illius. & xv. Qui timet deū faciet bona. & eccl. ii. Qui timent dominum inquirent que beneplacita sunt illi. **Decimo** timor dei inducit sapiētiā eccl. i. et puer. i. inicitū sapiētie timor dñi. & eccl. i. Radix sapientie timere deū. nec solū radix imo etiā plenitudo. sicut dicit⁹ eccl. i. plenitudo sapientie timere deū. In sup Job. xxxviii. timor domini ipse est sapiētia. **Vndecimo** timor dei facit uirtutū obseruatiā. custodit em̄ hoiem et omnia bona eius. ps. Immitte angelus dñi i circuitu timentiu eū. eccl. i. Timor dñi sciētie religiositas. religiositas custodiet & iustificabit eoz. & xv. Timor dñi super omnia se supponit. uidelicet sicut bonus custos. vnde. Bn. sup. can. i ueritate cōperi nihil esse ita efficax ad gratiā p̄merendā retinendā & recuperandā q̄ si coram deo iueniaris non altum sapes sed timere. vnde de Job. dixit dyabolus. Nūquid Job frustra timet deū. nōne tu uallasti eum et omnē substantiā eius. **Duodecimo** timor dei dat bonoz oim̄ abundantiam. Ideo. ps. Time de dñm om̄s sancti eius. qm̄ nō est inopia timentibus eū. & thob. iiii. Habebis mltā bona si timueris deū. **Tretodecimo** timor dei facit interdū & culpe & pene indulgentiam. ps. Quomō misereē pater filioz misereē est dñs timentibus se. Job. xli. terrici purgabunt. vñ d. iiii. dyal. xlviii. dicit Greg. q̄ aliqui sancti timent in morte ut p̄uor ille purget si aliquid est in eis purgandū. & ponit inde duo exempla. Vnum ē exēplū de quodā sancto qui mirabiliter i morte timuit. qui post apparuit cui dam in stola splendidissima. & respondit querenti quare sic timuerat q̄ p̄uor ille omnino eum purgauerat. Item aliud subiungit de fratre antonio. qui secum in eodē monasterio morabatur qui i scripturis quocidie medians nō uerba scientie. sed cōpunctionis & deuotiōnis lachrymas. querebat i eis quibus affluebat iugiter. cui dictū est p nocturnā uisionem. paratus esto quia dñs iussit te migrare. cūq̄ ille



non habere se sumptus ad migrandū diceret. Responsum ē ei. si de peccatis tuis agere dimissa sunt ueni. Qd̄ dum semel audisset & adhuc magno metu trepidaret nocte alia eisdem uerbis est ammonitus. & quinta die post febre correptus corā fratribus fletibus & orantibus emigravit. Item de beato Bernhar̄do dicit̄ q̄ i extu mirabiliter timuit. Item timor penam euadit ne infligat̄. iiii. regum. xxi. Nonne uidisti achab humiliatū corā me. non inducam malū hoc in diebus eius. & ysa. xxxviii. de ezechia nato. & iiii. regū. xxii. Cum ostenderet dominus mala que inferre uolebat habitantibus in hierusalē subiunxit p̄ eo q̄ perieritū ē cor tuū & c. non uidebunt oculi tui mala que i ductu tuo sum & c. Item exo. xxxix. Qui timuerunt deum de seruis pharaonis non sunt lesi a plaga gradinis. Item timor a pena iam inflicta liberat ne sentiat̄. vnde tres pueri qui timore dñi noluerūt ydolum adorare. sunt ab ignis incendio liberati. dan. iii. Item daniel de dentibus leonū. dan. vi. & xiiii. Itē susanna a falso testimonio & a morte. dan. xiii. Item gene. xx. Postq̄ comminatus est dñs mortem abymelech & seruis eius p̄ uxore abzabe quam abstulerat timuerunt ualde. reddidit eis dñs sanitatē & fecunditatē ablatam. Quarto de timore dei dat delectatōis affluentia. eccl. i. Timor dñi dabit delectatōem cordis et gaudium & leticiā. ps. Quā magna misericordia dulcedine quā abscondisti tē. & c. eccl. xxvii. Timor dñi quasi paradysus in benedictiōibus. Quinto decimo timor dei p̄bet deo reuerentiam. vnde luc. vii. Visa mortui suscitatioe accepit om̄s timor & magnificabat̄ deū. & luce. xxiii. vidēs centurio que fiebant glorificauit deum. & actū. xix. cecidit timor sup̄ omnes & c. Item Math. xvii. Tres discipuli uidentes gloriā dñi transfigurati timuerūt ualde. & ceciderunt i terrā & c. Item apoc. i. Iohēs cecidit quasi mortuus ante pedes filii hoīs. Item daniel uiso gabriele corruit. dan. viii. & x. Sexto decimo timor dei meret̄ eternā gloriā. sic ait ps. dedisti hereditatē timētibz nomē tuū eccl. xiiii. Timētis deū beata erit aīa eius. Ideo dicit̄ ps. beati om̄s qui timent dominū.

#### DE AVDACIA. DI. XXX.

**D**einde cōsiderandū est de audacia. Et circa hoc cōsideranda sunt quinqz. Primo utrū audacia sit cōtraria timori. Secūdo quō audacia se habeat ad spem. Tertio de causa audacie. Quarto de effectū eius. Quinto de speciebus uel differentiis ipsius. Ad primū sc̄z utrum audacia sit cōtraria timori. dicendū q̄ de ratione cōtrariū est q̄ maxime a se distent. ut dicit̄ i. x. meth. illud aut̄ qd̄ maxime distat a timore est audacia. timor em̄ refugit nocentū futurū p̄pter eius uictoriā super ipsum timentē. s; audacia aggredit̄ periculū imminens p̄pter uictoriam sui super ipm̄ periculū. vnde manifeste timori cōtrariat̄ audacia. Ad secundū sc̄z

quō audacia se habeat ad spem. dicendū q̄ sic i. m. pluries dictū est om̄s huiusmōi aīe passiones ad appetitiuā potentia p̄tinēt. om̄s motus appetitiue potētie reducūt ad p̄sequutōm uel fugam. P̄sequutio aut̄ uel fuga ē alicui⁹ per se & p̄ accidēs. p̄ se quidē ē p̄sequutio boni. fuga uero mali. p̄ accidēs aut̄ potest esse p̄sequutio mali p̄pter aliquod bonū adiunctū quod aut̄ est p̄ accidēs sequit̄ ad id qd̄ est per se. & iō p̄sequutio mali sequit̄ p̄sequutōz boni. sicut & fuga boni sequit̄ fugam mali. hec aut̄ quattuor p̄tinent ad quattuor passiones. nā p̄sequutio boni p̄tinet ad spem. fuga autē mali ad timorē. Insequutio mali terribilis p̄tinet ad audaciā. fuga aut̄ boni p̄tinet ad desperatōem. vnde sequit̄ q̄ audacia cōsequat̄ ad spem. Ex hoc em̄ q̄ aliq̄s sperat sup̄are terribile imminens. ex hoc audacter īsequit̄ ipm̄. ad timorem uero sequit̄ desperatio. Ideo em̄ aliquis desperat quia timor difficultatē que circa bonum sperandū est. Ad tertū sc̄z de causa audacie. dicendū q̄ sicut dictū est audacia cōsequit̄ spem. & cōtrariat̄ timori. vnde quecūqz sunt nata causare spem. uel excludere timorē sunt causa audacie. quia uero timor et spes. et etiam audacia cū sint passiones quedā consistunt ī motu appetitus. & in quadā trāsmutatione corpali. dupliciter potest accipi causa audacie. siue quātū ad puocationē spei. siue quātū ad exclusionē timoris. vno quidē modo ex parte appetitiui motus. alio modo ex parte trāsmutatiois corpalis. ex parte quidē appetitiui motus qui sequit̄ apprehensionē puocatur spes causans audaciā p̄ ea que faciunt estimare q̄ possibile est adipisci uictoriā. uel secūduz p̄p̄iam potentia. sicut fortitudo corpis experientia in periculis. multitudo pecuniarum. & alia huiusmōi. siue p̄ potentia alioz. sicut multitudo amicoz uel quorūcūqz auxiliantiū. & p̄cipue si homo cōfidat de auxilio diuino. Vnde illi qui se habent bene ad diuina audaciores sunt. ut etiā p̄hs dicit̄ in secūdo rhetorice. Timor aut̄ excludit̄ secūduz istum modū per remotōm terribiliū appropinquatū. puta quia homo n̄ habz inimicos. quia nulli nocuit quia non uidet aliquod periculū imminere. Illis em̄ uident̄ maxime picula imminere. q̄ aliis no euerunt. Ex pte uero trāsmutatiois corpalis causat̄ audacia p̄ puocatōm spei & exclusionē timoris ex hiis que faciūt caliditatē circa cor. vnde p̄hs dicit̄ in libro de partibus animalū. q̄ illi qui habent paruū cor s̄m quāritatē sunt magis audaces. & animalia habēcia magnū cor secūduz quāritatē sunt timida. quia calor naturalis nō tm̄ potest calefacere magnū cor sicut paruū. sicut ignis non potest tm̄ calefacere magnā domū sicut paruā. & in libro de p̄bleumatibus dicit̄ q̄ habētes pulmonē sanguineum sunt audaciores p̄pter caliditatē cordis exinde consequētē. & ibidem dicit̄ q̄ uini amatores magis sūt audaces p̄pter caliditatē uini. vnde & supra dictū est q̄ ebrietas facit

ad bonitatem spei. caliditas enim cordis repellit timorem. & causat spem propter cordis extensionem & amplificationem. **A**d quartum scilicet de effectu audacie. dicendum quod audacia cum sit quidam motus appetitus sensitivi. sequitur apprehensionem sensitivae virtutis. Virtus autem sensitiva non est collativa. nec inquisitiva singulorum quae circumstant rem. sed subito habet iudicium. contingit autem quicquid secundum subitam apprehensionem non possunt cognosci omnia que difficultate in aliquo negotio afferunt. unde surgit audacie motus ad aggrediendum periculum. Unde quando iam experientiam ipsum periculum sentiunt maiorem difficultatem quam estimaverunt & ideo deficiunt. sed ratio est discussiva omnium que afferunt difficultatem negotio. & ideo fortes qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula in principio videntur remissi. quia non passi. sed cum deliberatione debita aggrediuntur. quoniam autem sunt in ipsis periculum non experiunt aliquid impronissum. sed quando quae minora illis que praecogitauerunt. & ideo magis persistunt. vel etiam quia propter bonum virtutis pericula aggrediuntur cuius boni voluntas in eis perseverat. quatenus sint pericula. audaces enim sunt propter solam estimationem facientem spem & excludentem timorem. sicut dictum est.

**A**d quintum scilicet de differentiis audacie. dicendum quod quedam est audacia assumenda. & quedam detestanda. audacia assumenda est in debellando hostes pro potentiam. sicut scriptum est. ii. pal. xvii. de rege iosaphat & adverte quod prudenter & ordinate sumpsit audaciam. Primo enim sumens audaciam in ardua sanctitatis opera faciendo. sicut perit audacia exterminandi mala & malos de regno suo. & postmodum inserendi bona. & eadem adeo factus est audax contra hostes. ut nullum rebellare presumeret contra eum. dicitur enim ibi. constituit militum numeros in cunctis urbibus. **S**equitur. Ambulavit iosaphat in visceribus dauid patris sui. & speravit in deo patris sui. & peccavit in preceptis illius. **S**equitur. Cumque sumisset cor eius audaciam propter vias domini etiam excelsa & lucos abstulit. misitque de principibus suis qui erudiebant populum. Itaque factus est pauper domini super omnia regna terrarum. nec audebant rebellare contra iosaphat. **S**equitur. Studeat igitur princeps vite bonitatem acquirere. quia propter peccatum principis legitimus aliquis populum corruisse. i. regum ult. & ii. regum ult. & in multis aliis locis. **S**ecundo de sola dei bonitate confidere non de meritis suis nec de sua potestate. sicut faciebant moyses. iosaphat. dauid. iosaphat. & alii reges ante ingressum populi beneplacitum domini proquirentes. plus in devotionis precibus quam in armatorum multitudinem confidentes. **E**xemplum specialiter habemus. i. mach. iii. ait. iudas uiris qui secum erant. Ne timueritis multitudinem eorum. memoretote quomodo salvi facti sunt patres nostri. & nunc clamemus in celum. **E**t ceciderunt ex adversariis quinque milia. **E**t infra dicitur quod congregavit listas viros electos. lx. milia. & equitum quinque milia. **E**t occurrunt eis iudas cum decem milibus uiris. & occidit

uit iudas & dixit. **B**enedictus es domine saluans israel. &c. **S**equitur. **D**a illis fortitudinem & roborem audaciae uirtutis eorum. **S**equitur. & commiserunt prelium et ceciderunt de exercitu lysie quinque milia uiros. videns autem lysias suorum fugas & iudeorum audaciam abiit. **I**tem assumenda est audacia puniendo malos de regno suo pro iustitia. dicitur. ii. ecc. x. **N**oli querere uiri iudex nisi ualeas uirtute irumpere iniquitates. sic enim exercenda est iustitia in punitione malorum ut omnes mali uidentes & audientes timeant. & timore saltem. si non amore iustitiae. resipiscant. unde dicitur deuter. xix. auferes malum de medio tui ut audientes ceteri timorem habeant. & nequaquam talia audeant facere. **A**udacia detestanda deterreri & comprimere debet pro iustitiam. de hac dicitur iob. xii. abundant tabernacula proditionum & audacter prouocant deum. **G**regorius. **P**lerumque mali eo magis superbiunt. quo ab eius largitate etiam contra meritum dicantur. & qui ex bonis preceptis ad meliora proficere debuerunt. donis peiores fiunt. **S**equitur. **C**um ipse dederit omnia in manibus eorum. **S**ed quomodo dat deus quod hiis qui proditiones sunt nequiter tollunt. **S**ed sciendum nobis est quod aliud est quod omnipotens misericorditer tribuit. aliud quod iratus haberi sinit. **N**am quod proditiones iniuste faciunt. hoc dispensator equissimus non nisi iuste fieri permittit. ut & ille qui rapere sinitur cecidit merito culpam augeat. & ille qui rapinam patitur in ipso damno rapine pro alia culpa quam ante perpetraverat. finaliter ipse purgatur qui opprimitur. in isto reatus augeatur qui opprimitur. ut uel de profundo nequitiae usque ad penitentiam redeat. uel non reuertens tanto gratius eterna damnatione feriat. quanto diutius est in sua iniquitate toleratus.

## DE IRA.

## DIST. XXXI.

**D**einde dicendum est de ira. **E**t primo de ira secundum se. **S**ecundo de causa effectiua. **T**ercio de effectu eius.

**C**irca primum consideranda sunt octo

**P**rimo utrum ira sit passio specialis. **S**ecundo utrum obiectum ire sit bonum uel malum. **T**ercio utrum ira sit in concupiscibili. **Q**uarto utrum ira sit cum ratione. **Q**uinto utrum ira sit naturalior quam concupiscentia. **S**exto utrum ira sit grauior quam concupiscentia. **S**eptimo utrum ira sit solum ad illos ad quos est iustitia. **O**ctauo de speciebus ire.

**A**d primum scilicet utrum ira sit passio specialis. dicendum quod aliquid dicitur generale dupliciter. uno modo pro praedicatione. sicut animal est generale ad omnia animalia. alio modo pro causa. sicut sol est causa generalis omnium que generantur in hiis inferioribus secundum dyonisi. iiii. capitulo de di. no. **S**icut enim genus continet multas differentias potestate secundum similitudinem materie. ita causa agens continet multos effectus secundum uirtutem actiua. contingit autem aliquem effectum ex concursu diuersarum causarum produci. & quia omnis causa aliquo modo manet in effectu. **P**otest etiam dici tertio modo. quod effectus ex congregatione multarum causarum productus. habet quandam generalitatem

inquantū continet multas causas quodāmodo in actu. primo ergo modo ira nō est passio generalis. sed cōdiuisa aliis passionibus ut supra dictū est. Similiter autē nec secundo modo nō est passio aliarū causa. sed p hūc modū potest dici generalis passio amor. ut patet per augustinū. xiiii. de ciui. dei. Amorem ē prima radix oīm passionū. ut supra dictū est. Sed tertio modo ira potest dici passio generalis quantum ex cōcursu multarū passionū causat. nō est insurgit motus ire nisi ppter aliquā tristitiam illatam. & nisi alit desideriu & spes uisciscendi. quia ut phs dicit in secūdo rhetorice Iratus habet spem puniendi. Appetit em̄ uindictam ut sibi possibilem. unde si fuerit multum excellens psona q̄ nocuentū intulit nō sequit̄ ira. sed solum tristitia. ut auic. dicit i libro de aīa. **A**d secundū scz utrū obiectum ire sit malum. dicendū q̄ motus appetitiue uirtutis sequit̄ actū uirtutis apprehēsiue. uis autē apprehēsiua dupliciter aliquid apprehēdit. vno modo p modum incōplexi. ut cum intelligim̄ quid est homo. alio modo p modū complexi. sicut cum intelligim̄ album inesse hōi. utroqz modo uis appetitiua potest intendere in bonum & malum. p modū quidem simplicis & incōplexi. cum appetitus simpliciter iheret bono & fugit malū. & tales motus sunt desiderium. spes & delectatio. tristitia & huiusmodi per modum autē cōplexi. sicut cū appetitus fertur in hoc q̄ aliquid bonū uel malum insit. uel fiat circa alterum. ut tendēdo in hoc uel refugiendo ab hoc. sicut manifeste apparet i amore & odio. amamus em̄ aliquē quātū uolum̄ ei inesse aliquod bonū. odimus autē aliquē inquantū uolumus ei inesse aliquod malū. & similiter est in ira. quicūqz em̄ irascit̄ querit uindictam de aliquo & sic motus ire tendit in duo scz in ipsam uindictā quā appetit & sperat. sic quoddā bonū. unde & de ipsa delectat̄. tēdit etiā in illū de quo querit uindictā. sicut cōtrarium & nociuū qd̄ p̄inet ad ratōm mali. Est tñ duplex differentia attēdēda circa hoc. puta ire ad odiū & ad amorem. quarū prima ē q̄ ira semp̄ respicit duo obiecta. amor uero & odiū quādoqz respiciūt vnum obiectū tātum. Sicut em̄ dicit̄ aliquis amare uinū uel aliquid huiusmodi aut etiā odire. Secunda ē qz utzqz obiectoz quod respicit amor ē bonū. uult em̄ amans bonū alicui tanqz sibi cōuenienti. utrūqz uero eoz que respiciūt odiū habent ratōm mali. uult em̄ odiens malū alicui tanqz cuidaz incōuenienti. sed ira respicit vnū obiectū s̄m rationē boni scz uindictā quā appetit. & aliud secundū ratōm mali scz hōiem nociuū de quo uult uindictari. & ideo est passio quodāmodo cōposita ex cōtrariis passionibus. **A**d tertium scz utrū ira sit in ui cōcupiscibili. dicēdū q̄ sicut supra dictū est. passiones irascibilis in hoc differūt a passionibus cōcupiscibilis q̄ obiecta passionū cōcupiscibilis sunt bonū & malum absolute. obiecta autē passionū irascibilis

sunt bonum et malū cū quadā eleuatione uel arduitate. dictū est autē q̄ ira respicit duo obiecta scz uindictā quā appetit. & cum de quo uindictā querit. & circa utrūqz quadā arduitate ira requirit. Non em̄ insurgit motus ire nisi aliqua magnitudine circa utrūqz. quecūqz autēz nihil sunt aut modica ualde nullo digna estimamus. ut dicit phs in .ii. rhetorice. unde manifestū est q̄ ira nō est in cōcupiscibili sed i irascibili. **A**d quartū scz utrū ira sit cū ratōe. dicendū q̄ sicut supra dictū est. ira est appetitus uindictē. hec autē collatōem ipoztat pene i fligende ad nocuentū sibi illatū. unde i .viii. ethi. dicit phs q̄ syllogisans. qm̄ oportet totaliter obpugnare. irascit̄ confestim. cōferre em̄ & syllogizare ratiōis est. & ideo ira est quodāmodo cū ratione. **A**d quintū scz utrū ira sit naturalior qz cōcupiscencia. dicendū q̄ naturale dicit̄ id qd̄ a natura causatur. ut patet i secūdo phis. unde utrū aliqua passio sit magis uel minus naturalis cōsiderari nō potest nisi ex sua cā. causa autē passionis ut supra dictum est dupliciter accipi potest. vno modo ex parte obiecti. & alio modo ex pte subiecti. Si igit̄ considerē causa ire et cōcupiscencie ex pte obiecti. sic cōcupiscencia & maxime ciboꝝ & uereoz naturalior ē qz ira. inquantū ista sūt magis naturalia qz uindicta. si autē considerē causa ire ex pte subiecti. sic quodāmodo ira ē naturalior. & quodāmodo qz concupiscencia. Potest em̄ natura alicuius hōis cōsiderari. uel secundū naturā generis. uel s̄m naturā sp̄i. uel secundū cōplexionē p̄p̄iā indiuidui. si igit̄ considerē natura generis q̄ est natura huius hōis inquantū est animal. sic naturalior ē cōcupiscencia qz ira. quia ex ipsa natura cōmuni habet homo quadā inclinacōem ad appetendum ea que sunt cōseruatiua uite. uel secundū sp̄m uel s̄m indiuiduū. Si autē consideremus naturā hōis ex pte sp̄i scz inquantū est rationalis. sic ira est magis naturalis hōi qz concupiscencia. inquantū ira est cū ratione magis qz cōcupia. unde phs dicit in .iiii. ethi. q̄ humanus est magis punire qd̄ p̄inet ad iram qz māsuetum esse. quia unūquodqz naturaliter insurgit cōtra cōtraria & nociua. Si uero considerē natura hōi indiuidui s̄m p̄p̄iā cōplexionē. sic ira naturalior est qz cōcupia. quia scz habitudinem naturalē ad irascendū q̄ est ex cōplexione magis defacili sequit̄ ira qz concupiscencia. uel aliqua alia passio. Est em̄ homo dispositus ad irascendū secundū q̄ habet colericā cōplexionem. colera autē inter alios humores citius mouetur. assimilāt em̄ igni. & ideo magis est in p̄mptu ut ille qui est dispositus s̄m naturalē cōplexionē ad irā irascat̄. qz de eo qui ē dispositus ad cōcupiscendū q̄ cōcupiscat̄. Et ppter hoc phs dicit in .vii. ethi. q̄ ira magis traducitur a parētibus in filios qz cōcupiscencia. **A**d sextū scz utrū ira sit grauior qz odiū. dicēdū q̄ sp̄s passionis & ratō ipsius ex obiecto pensatur. est autē obiectū ire & odiū idē subiecto.

Nam sicut odians appetit malum ei quē odie  
ita iratus ei cōtra quē irascit̄. sed nō eadē rati-  
one. sed odiēs appetit malū inimici iūntum est  
malū. Iratus autē appetit malū eius cōtra quē  
irascit̄. nō in q̄tū est malū. sed iquātum habet  
quādam ratiōē boni. s. put estimat illud es-  
se iustū iquātū est uindicatiū. Vñ sup̄ dictū  
est q̄ odiū est p̄ applicationē mali ad malum.  
Manifestū est autē q̄ appetere malū sub ratio-  
ne iusti minus habet de ratiōe ma li q̄z uelle  
malū alicuius simpliciter. uelle enī malū alic̄  
sub ratiōe iusti potest etiā esse. secūdu uirtutē  
iustitie. si p̄cepto ratiōis obtēperet̄. sed ira in h̄  
solum deficit q̄ nō obedit. ratiōis p̄cepto i ulci  
scendo. vnde manifestū est q̄ odiū est multo  
deterius & graui⁹ q̄z ira. Nec obstat quod di-  
citur p̄ uer. xxvii. Ira nō habet misericordiam  
nec erūpens furor. p̄pter q̄d in deo posset ira  
grauioz esse q̄z odium quod habet q̄nqz miseri-  
cordiā. quia in ira & odio duo possunt cōside-  
rari scz ipm q̄d desiderat̄ & intensio desiderii  
Quantū igit̄ ad id quod desiderat̄ ira magis  
habet mīam q̄z odiū. qz em̄ odiū appetit malū  
alterius s̄m se. nulla mensura mali satiat̄. Ea  
em̄ que secūdu se appetunt̄ sine mensura ap-  
petunt̄. ut p̄hs dicit̄ i primo politice sicut auar-  
us diuitias. vnde dicit̄ ec̄. xii. Inimicus si in-  
uenerit tempus nō satiabit̄ sanguine. sed ira  
non appetit malū nisi sub ratiōe iusti uindi-  
catiui. vnde q̄n malum illatū excedit mēsurā  
iustitie secūdu estimatiōem irascentis tūc mi-  
seret̄. vnde p̄hs dicit̄ i. ii. rhetozice. q̄ iratus si  
fiant multa miserebit̄. odiēs autē p̄ nullo. quā-  
tum uero ad intentiōem desiderii. magis exclu-  
dit mīam q̄z odium. quia motus ire est impe-  
tuosioz p̄pter colere inflammatū. vnde statim  
subdit̄. Impetū cōcitati spiritus ferre quis po-  
terit. Item differt ira & odiū in hoc q̄ irat⁹  
appetit malū alicuius inquantū habet ratiōem  
iusti uindicatiui. uindicta autē fit p̄ illationem  
pene. Est autē de ratiōe pene q̄ sit cōtraria uo-  
luntati. & q̄ sit afflictiua. & q̄ p̄ aliqua culpa  
inferat̄. & ideo irat⁹ hoc appetit ut ille cui no-  
cumentū infert p̄cipiat & doleat. & q̄ cogno-  
scat p̄pter iniuriā illatā sibi hoc puenire. sed  
odians de hoc nihil curat. quia appetit malū  
alterius iquantū huiusmodi. Non est autē uerū  
q̄ id de quo q̄s tristat̄ sit peius. In iustitia em̄  
& i prudentia cum sint mala. quia tñ sunt uo-  
luntaria. non cōtristant eos quibus insunt. ut  
dicit̄ p̄hs in sc̄do rhetozice. Ad septimū scz  
utrū ira sit solū ad illos ad quos ē iustitia. di-  
cendum q̄ sicut supra dictū est ira appetit ma-  
lum inquantū habet ratiōem iusti uindicatiui.  
& ideo ad eosdem est ira ad quos ē iustitia &  
iniustitia. nam inferre uindictā ad iustitiā pri-  
net. ledere autē aliquē p̄met ad iniustitiā. Vñ  
tam ex pte cause que ē lesio illata ab altero q̄z  
etiā ex pte uindictē quā appetit iratus. maife-  
stum est q̄ ad eosdem p̄met ad quos iustitia  
& iniustitia. Quāuis autē ira sit cum ratiōe ut  
dictū est. tñ potest esse i bzuris animalibus q̄

ratiōe carent. iquantū naturali instinctu p̄  
ymaginatiōem mouent̄ ad aliquid simile ope-  
ribus ratiōis. Sic igit̄ cū in hoīe sit & ratiō &  
ymaginatio dupliciter i hoīe potest motus ire  
isurgere. Vno modo ex sola ymaginatioe nū-  
tiantē lesionē. & sic insurgit aliquis mot⁹ ire  
etiā ad res irracionales & in aīatas. secunduz  
similitudinē ipsius motus qui est in aīalibus  
cōtra quodlibet nociuū. Alio modo ex ratiōe  
nuntiantē lesionē. & sic ut p̄hs dicit̄ in secūdo  
rhetozice. nullo modo potest ira ad res insensi-  
biles neqz ad mortuos ap̄ari. tū quia non do-  
lent. quod maxime querūt irati in eis quibus  
irascunt̄. tum etiā quia nō est uindicta ad eos  
cum eoz nō sit iniuriā facere. Item nota q̄ sic  
est quedā iustitia uel iniustitia hoīs ad semet-  
ipsum methaphozice loquēdo. sic ut p̄hs dicit̄  
in quinto ethicoz iquantū scz ratiō regit̄ ira =  
scibilem & cōcupiscibilem. s̄m hoc etiā homo di-  
citur de seipso uindictā facere. & p̄consequēs  
sibi ipsi irasci. p̄prie autē & p̄ se n̄ uenit aliq̄  
sibi irasci. Ad octauū scz de spēbus & gra-  
dib⁹ ire Re. infra ubi agit̄ de tertio uitō capitali  
**DE CAUSA EFFECTIUA IRE.**  
**DISTINTIO. XXXII.**

**D**Emde considerandū est de causa ef-  
fectiua ire. Et circa hoc querunt̄ q̄e  
tuoz. Primo utrū motiū ire semp̄  
sit aliquod factū extra illum qui ira-  
scit̄. Secūdo utrū sola p̄uipensio uel despecta-  
tio sit motiū ire. Tertio de causa ire ex parte  
irascētis. Quarto de causa ire ex pte eius extra  
quē aliquis irascitur. Ad primū scz utrū  
semp̄ irascit̄ quis p̄pter aliquod cōtra se factū  
dicendū q̄ sicut supra dictū est. Ira est appeti-  
tus nocendi alteri sub ratiōe iusti uindicatiui  
Vindicta autē locū non habet nisi ubi p̄cessit  
iniuriā. nec iniuriā oīs ad uindictā p̄uocac̄.  
sed illa sola que ad eū p̄met qui uindictā que-  
rit. Sic em̄ naturaliter vnūquodqz appetit p̄-  
prium bonū. ita etiā naturaliter repellit p̄-  
prium malū. Iniuriā autē ab aliquo facta non  
p̄met ad aliquē nisi aliquid fecerit q̄d aliquo  
modo sit cōtra ipsum. vnde sequit̄ q̄ motiū  
ire alicuius semp̄ sit aliquid cōtra ipm factū.  
Ad secūdu scz utrū sola p̄uipensio ul de-  
spectatio sit motiū ad iram. dicendū q̄ om̄s  
cause ire reducunt̄ ad p̄uipensionē. Sunt em̄  
tres species p̄uipensionis. ut dicit̄ in. ii. rheto-  
scz despectus. epyrrhealimus. id ē impedimentū  
uoluntatis iplende. & cōtumeliatio. & ad hec  
eria oīa motiua ire reducunt̄. cui⁹ rō potest eē  
duplex. prima est quia ira appetit nocumētuz  
alterius. inquantū habet ratiōē iusti uindi-  
catiui. & ideo in tñ querit uindictā inquantū  
uideet̄ esse iusta. iusta autē uindicta nō fit nisi  
de eo q̄d est iniuste factū. & ideo puocatiū  
ad iram semp̄ est aliquid sub ratiōe iniusti.  
vnde dicit̄ p̄hs in secūdo rhetozice. q̄ si hoīes  
putauerūt eos qui leserūt esse iuste passos nō  
irascunt̄. nō em̄ fit ira ad iustū. Cōtingit autē  
tripliciter nocumētū inferri. scz ex ignorantia.

ex passione. & ex electione. Tunc enim aliquis iniustum facit quoniam ex electione. uel ex industria uel certa malitia nocentium infert. uel dicitur in .v. ethi. Et ideo maxime irascimur contra illos quos putamus ex industria nobis nocuisse. si enim putemus aliquos uel per ignorantiam uel ex passione nobis intulisse iniuriam. uel non irascimur contra eos uel multominus agere enim aliquid ex ignorantia uel ex passione diminuit rationem iniurie. & est quodammodo puocatiuum misericordie & uenie. Illi autem qui ex industria nocentium inferunt ex contemptu peccare uidentur & ideo contra eos maxime irascimur. unde philosophus dicit in .ii. rethorice. quod his qui propter iram aliquid fecerunt aut non irascuntur aut minus irascuntur. non enim propter paruipensionem uidentur egisse. Secunda ratio est quia paruipensio excellentie hominis opponitur. que enim homines putant nullo digna esse paruipendunt. ut dicitur in secundo rethorice. ex omnibus autem bonis nostris aliquam excellentiam querimus. Et ideo quodcumque nocentium nobis inferat in quantum excellentie derogat uidentur ad paruipensionem pertinere. Ad tertium scilicet uerum excellentia sit causa quare aliquis magis irascitur. dicendum quod causa ire in eo qui irascitur dupliciter accipi potest. uno modo secundum habitum diuinem ad motum ire. & sic excellentia est causa ut aliquis de facili irascatur. Est enim motiuus ire iniusta paruipensio ut dictum est. Costat autem quod quanto aliquis est excellentior iniustius. paruipendit in hoc in quo excellit. & ideo illi qui sunt in aliqua excellentia maxime irascuntur si paruipendunt. puta si diues paruipendit in pecunia & rethorice loquendo. & sic de aliis. Alio modo potest considerari causa ire in eo qui irascitur ex parte dispositiois que in eo relinquuntur ex tali motu. manifestum est autem quod nihil mouet ad iram nisi nocentium quod existat. ea autem que ad defectum pertinent maxime sunt contristantia. quia homines defectibus subiacentes facilius leduntur. et ista est causa quare homines qui sunt infirmi uel in aliis defectibus facilius irascuntur. quia facilius contristantur. Ad quartum scilicet uerum defectus alicuius sit causa quare contra ipsum facilius irascimur. dicendum quod sicut supra dictum est indigna despectio est maxime puocatiua ire defectus igitur uel paruitas eius contra quem irascimur facit ad augmentum ire. in quantum auget indignam despectionem. Sic enim quanto aliquis est maior tanto indignius despicitur. in quantum aliquis est minor tanto indignius despicitur. et ideo nobiles irascuntur si despiciantur a rusticis. & sapientes ab insipientibus. uel domini a seruis. si uero paruitas uel defectus diminuat despectionem indignam talis paruitas non auget. sed diminuit iram. Et hoc modo illi qui penitent de iniuriis factis & confitentur se male fecisse. & humilianter & ueniam petunt mitigant iram. secundum illud. puer. xv. Responsum. mollis fragilis ira. in quantum scilicet tales uidentur non despiciere. sed magis magnipendere eos quibus se humiliant.

**DE EFFECTIBVS IRE. DI. XXXIII.**

**Q**uoniam deinde considerandum est de effectibus ire. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo utrum ira causet delectationem. Secundo utrum maxime causet feruorem in corpore. Tertio utrum maxime impediat usum rationis. Quarto utrum causet taciturnitatem. Ad primum scilicet utrum ira causet delectationem. dicendum quod sicut philosophus dicit in .vii. ethi. Delectationes maxime sensibiles & corporales sunt medicine quedam contra tristitiam. Et ideo quanto per delectationem contra maiorem tristitiam uel anxietatem remedium prestatur tanto delectatio precipitur. sicut patet quod quoniam aliquis sitit delectabilior fit ei potus. Manifestum est autem ex predictis quod motus ire insurgit ex aliqua illata iniuria contristante. Cui quidem tristitie remedium adhibetur per uindictam. & ideo ad presentiam uindictae delectatio sequitur. & tanto maior quanto maior fuit tristitia. Si igitur uindicta fuerit presentis realiter fit perfecta delectatio que totaliter excludit tristitiam. & per hoc quietat motum ire. sed antequam uindicta sit presentis realiter fit irascens presentis dupliciter. Uno modo per spem quia talis irascens in sperans uindictam ut supra dictum est. Alio modo secundum continuam cogitationem. unicuique enim concupiscenti est delectabile inordinari in cogitatione eorum que concupiscit. propter quod etiam & ymaginatioes somniorum sunt delectabiles. & ideo cum iratus multum in animo suo cogitet de uindicta ex hoc delectatur. tunc delectatio non est perfecta que tollat tristitiam. & persequens iram. Ad secundum scilicet utrum causet feruorem in corpore. dicendum quod sicut dictum est corporalis transmutatio que est in passionibus anime proportionat motui appetitus. Manifestum est autem quod quilibet appetitus etiam naturalis fortius tendit in id quod est sibi contrarium si fuerit presentis. unde uidemus quod aqua calefacta magis congelatur. quasi frigidum uehementius in calidum agente. motus autem appetitus ire causatur ex aliquo iniuria illata. sic ex quodam contrario iniacente. & ideo appetitus potissime tendit ad repellendum iniuriam per appetitum uindictae. & ex hoc sequitur magna uehementia & impetuositas in motu ire. & quia motus ire non est per modum retractionis cui proportionat frigus. sed magis per modum insequutionis cui proportionat calor. consequenter fit motus ire causatiuus cuiusdam feruoris sanguinis & spirituum circa cor. quod est instrumentum passionis anime. & inde est quod propter magnam perturbationem cordis que est in ira maxime apparent in iratis indicia quedam in exterioribus membris. ut enim Gregorius dicit in .v. moysi. Ire sue stimulo accensum cor palpitat. corpus tremat. lingua se prepetit. facies ignescit. exasperantur oculi. & nequaquam recognoscuntur. notorie quidem clamorem format. sed sensus quod loquat ignozat. Ad tertium scilicet utrum ira impedit rationis usum. dicendum quod mens uel ratio hominis quauis non utatur organo corporali in proprio suo actu. tunc quia indiget ad suum actum quibusdam uiribus sensitivis quorum actus impediuntur corporis perturbato. necesse est quod perturbationes

corporeales etiam iudicium rationis impediāt. sicut patet in ebrietate & sōno. dētm̄ est autē q̄ ira maxie facit pturbatiōz corpale circa coz ita etiā ut usqz ad exteriora mēbra deriuetur. Vnde ira inter ceteras passiones manifestius ipedit iudiciū ratiois. scdm̄ illud. ps̄. Conturbatus est in ira ocul⁹ meus. Nec obstat q̄ ira est cū ratione ut dētm̄ est. qz a ratione est p̄cipiū ire quātū ad motū appetitiuū qui est in ira. sed p̄fctm̄ iudiciū ratiois passio ire p̄occupat quasi nō p̄fecte ratōz audiēs p̄pter cōmōtionem calozis uelociter ipellentis q̄ est materialis in ira. & quātū ad hoc ipedit iudiciū ratiois. non obstat etiā quod dicit ps̄ in .vii. ethi. q̄ iracundus nō est insidiator sed manifestus. manifestatō autē diminuere si p̄iram impediret iudicium ratōis. quia iracundus n̄ dicit esse manifestus. quia manifeste operetur uel quia sibi manifestū sit quid facere debeat sed qz manifeste opatur nō querēs aliquā occultatōem. quod p̄rim fit p̄pter ipeditiū ratiois. que nō potest discernere quid sit occultandū & quid manifestandū. nec etiā ex cogitare occultandū uias. p̄rim uero est ex ampliātionē cordis que p̄inet ad magnanimitatem quā facit ira. unde & de magnanimo ita ps̄ dicit in .iii. ethi. q̄ ē manifestus oditor et amator & manifeste dicit & operat̄. Concupiscentia autē dicit esse latēs & insidiosa. quia ut plurimum delectabilia que cōcupiscunt habent turpitudinē quādā et molliciem. in quibus hō uult latere. In hīs autē que sunt uirilicaris & excellēcie cuiusmodi sunt uindictē querit hō manifestus esse. **Ad quartū** scz utrū ira causet taciturnitatē. dicitū q̄ ira sicut iam dictū est & cū ratione ē & impedit ratōz. & ex utra qz parte potest taciturnitatē causare. Ex parte quidem ratōis qn̄ iudiciū ratōis in tm̄ uiget q̄ si non cohibeat affectū ab inordinato appetitu uindictē. cohibet tm̄ linguā ab inordinata locutione. vnde Greḡ. dicit in .v. moys. aliquādo ira pturbato aīo quasi ex iudicio silentium inducit. ex parte uero ipeditiū ratōis. quia sicut dictū est. pturbatio ire usqz ad exteriora membra p̄ducit. & maxime ad illa membra in quibus relucet exp̄ressius uestigium cordis. sc̄ in oculis & in facie & in lingua. unde dictus est. lingua se rpepedit. facies ignescit. exasperantur oculi. Potest ergo esse tanta pturbatio ire q̄ omnio impediāt linguā ab usu loquēdi & tunc sequit̄ taciturnitas. **Item** de ira require multa infra. tertio libro. ubi agit̄ de tertio uitio capitali. **De passione inuidie** require in tertio libro. **De Mansuetudinē** require infra. **Item** de Verecundia req̄re infra.

**DE ZELO. DIS. XXXIII.**

**D**einde cōsiderandū est de zelo. Circa quod sciendū q̄ zelus multipliciter accipit̄ in scriptura. Vno modo idem est q̄ inuidia. vnde .i. coz. .iii. Cum sint inter uos zelus & cōtentio nōne carnales estis. & secundū hōiem ambulatis. Item

zelus idem est q̄ imitatio & zelare idē est q̄ imitari. ps̄. Noli emulari in malignantibus ne qz zelaueris faciēs iniquitatē. Item zelus idē est q̄ amor. sap̄. .i. Nolite zelare mortē in errore uite uestre. neqz acquiratis eam in operib⁹ manuū uestrarū. Item zelus dicit̄ intensus amor uiri ad uxozē qui sustinere nō potest aliū ad ipsam accedere. Inde uir dicit̄ zelotip⁹ uel zelotes. & mulier etiā dicit̄ zelotipa. vnde ec̄. .xxvi. Doloz cordis & luctus mulier zelotipa. **In muliere zelotipa** flagellum lingue omibus cōicans. Item zelus idem ē quod emulatio cū quis ea que bona sunt nitit̄ emulari. vnde qn̄ uidet aliū meliozem se dolet nō de bonitate illius. sed quia ip̄e nō est ita bonus. & ideo quādam emulatōe sancta illū nititur imitari. uel etiā excedere. vnde ec̄. .li. zelatus sum bonū et & nō cōfundar. ad similitudinē zeli idē amoris intensi qui est iter uirū & uxozem dicunt̄ uiri sancti zelare p̄ salute aīarum & p̄ honore diuino. Vnde zelus dicit̄ uehemēs motus animi quo quis salutē animarū feruenter desiderat & p̄curat & contra peccatores mouet̄. p̄ eo q̄ contra aīas suas & honorem diuinū faciunt. uel salutē impediūt alioz. **Isto zelo** motus christus eiecit uendētes & emētes de templo. sicut dicit̄ Ioh̄. .ii. Et nūmularioz effudit es. & mensas subuertit. Et sequit̄. Recordati uero sunt discipuli eius. quia scriptū est zelus domus mee comedit me. **Item** moyses zelo dei motus filios israhel qui fecerant & adoza uerant uitulū cōflatilem occidit ex eis. .xxiii. milia. sicut dicit̄ exo. .xxxii. **Itē** cum iratus esset dñs contra filios isrl̄ quia fornicati erāt cum filiabus moab. phinees iram eius placauit. q̄a occidit illū impudētissimū. qui uidēte moyse & omni turba filioz israhel itrauit ad scothuz madyanithen. vnde dixit dñs ad moysen phinees auertit irā meā a filiis israhel. quia zelo meo cōmotus est contra ipsos ut nōn ipse de lerem filios israhel in zelo. idcirco loquere ad eū ecce dō ei pacem federis mei. & erit tam illi qz semini illi⁹ pactū sacerdotii sempiternū. quia zelatus est p̄ deo suo. **Item** helyas zelo occidit p̄phetas baal. .iiii. regū. .xix. & dixit zelo zelatus sum p̄ dño deo quia dereliquerūt deū filiū isrl̄. **Item** hyeu rex israhel ex celo fecit occidi septuaginta filios achab. Et sequit̄ Dixit hyeu ad io nadab ueni mecū & uide zelum meū p̄ dño. **Nota bene hystoriā.** **Item** ps̄. Tabescere me fecit zelus me⁹. quia oblitū sūt uerba tua inimici mei. **Exp̄remissis** aduerte q̄ ex zelo debet corripi peccatores. q̄si flagello de funiculis. id est leuiozi pena. si sperat̄ eoz correctio. si autē non possit eos corripere quia forte potentes sūt uel quia multitudo est in crimine. uel si sperat̄ eoz correctio. non restat nisi dolere & lugere. **Ideo** dicebat ps̄. Tabescere me fecit zc̄. **Si** autē iminet subuersio fidei ul̄ scandalū plurimoz exterminādi sunt impij. ne totū cozp⁹ ecclesie corumpat̄. sicut patet in exemplis p̄missis. **Caue** dū ē autē ne zelo sancto amaritudo iracūdie

uel odii misceatur id est ne homo puniat uel corripiat ex furore iracundie non amore iustitie  
**I**deo Iaco.iii. Si zelum amarum habetis. & correptiones sunt in cordibus uestris nolite gloriari  
**S**ciendum est etiam quod deus zelare dicitur & zelotes quia uidelicet facit anime spiritualiter que solet homo zelotipus facere circa uxorem. uisitat enim conuersantem id est circumspicit & considerat uias eius. audire uult uerba. uidere facta. inquirere affectiones. scire intentiones. unde sap. i. Qui loquitur iniqua non potest latere. nec preterit illum corripies iudicium. In cogitationibus enim impiis interrogatio erit. sermonum autem illius auditio ad deum ueniet quoniam auris zeli audit omnia.  
**I**tem excitat negligentem. zac. i. Hec dicit dominus zelatus sum hierusalem & syon zelo magno. Sequitur Reuertar in hierusalem in misericordiis. et domus mea edificabitur in ea. Item zac. viii. zelatus sum syon zelo magno. reuersus sum ad syon & habitabo in medio hierusalem. & uocabitur hierusalem ciuitas ueritatis. Item corripit delinquentem. sopho. i. In igne zeli mei deuorabit omnis terra. Itē exo. xx. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes uisitans iniquitatem primum in filios in tertiam & quartam generationem. & faciens misericordiam in milia hiis qui diligunt me. Item suscipit reuertentem. Iere. iii. Fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuere ad me dicit dominus. & ego suscipiam te. Item deserit contententem. eze. vi. auferet zelus meus a te. Item puer. vi. zelus & furor uiri non parcat in die uindictae. nec acquiescet cuiusquam precibus. nec accipiet pro redemptione dona.  
**D**e Verecundia require in fra tertio libro ubi agit de filiabus manis glie.

**PARS SECUNDA DE LEGE. DISTINCTIO. PRIMA.**

**D**icitur de principis intermiscis actu humanorum. ordine consequenti considerandum est de principis extrinsecis. Principium extrinsecum inclmans ad malum est dyabolus. de cuius temptatione dicemus infra in principio tertii libri. Principium autem extrinsecum mouens ad bonum est deus qui nos instruit per legem. & adiuuat per gratiam & uirtutes & alia uirtutibus adiuncta scilicet dona. beatitudines. & fructus. Ideo de hiis omnibus per ordinem est agendum. primo quidem de lege. Secundo de gratia. Tertio de uirtutibus Quarto de donis &c.  
**P**rimo itaque considerandum est de lege eterna. Secundo de lege naturali. Tertio de lege humana. Quarto de lege diuina. Quinto de occasione uerborum apostoli. rom. vii. uideo aliam legem in membris meis &c. dicendum est de lege peccati.  
**D**e lege eterna consideranda sunt quinque. Primo quod sit. Secundo quod sit. Tertio quod eius notio omnibus est impressa. Quarto quod omnes alie leges deriuantur ab ea. Quinto quod ei subduntur omnia.  
**C**irca primum sciendum quod lex nihil aliud est quam dictam practice rationis in principe qui gubernat. alique communitatem perfectam. Manifestum autem est quod supposito quod

mundus diuina prouidentia regatur. scilicet quod tota coelitas uniuersi gubernatur diuina ratione. & ideo ipsa ratio gubernationis rerum in deo sicut in principe uniuersitatis existens legis habet rationem & quia diuina ratio nihil concipit ex tempore sed habet eternum conceptum. ut dicitur puer. viii. inde est quod huiusmodi legem oportet dicere eternam. Licet autem ab eterno non fuerint creature quibus lex eterna posset imponi. tamen ea que in seipsis non sunt apud deum existunt in quantum sunt ab ipso percognita & prouidentia. sicut illud cor. iiii. qui uocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. sic igitur eternam diuine legis conceptus habet rationem legis eterne. sicut quod a deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso percognitum.  
**C**irca secundum scilicet quid sit lex eterna. dicendum secundum augustinum in primo de libero arbitrio. lex eterna est summa ratio cui semper obtemperandum est. Ad cuius euidenciam sciendum est quod sicut in quolibet artifice preexistit ratio eorum que constituunt per artem. ita etiam in quolibet gubernante oportet quod preexistat ratio ordinis eorum que agenda sunt per eos qui gubernationi subduntur. & sic ratio rerum fiendarum per artem uocatur ars uel exemplar rerum artificiarum. ita etiam ratio gubernationis actus subditorum rationem legis obtinet. obseruatis aliis que sunt de legis ratione. deus autem per suam sapientiam conditor est uniuersarum naturarum ad quas comparatur. sicut artifex ad artificiatas. & etiam gubernator omnium actuum & motionum que inueniuntur in omnibus creaturis. unde sicut ratio diuine sapientie in quantum per ea cuncta sunt creata habet rationem artis uel exemplaris uel ydeae. ita ratio diuine sapientie mouentis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis. & sicut hoc lex eterna nihil aliud est quam ratio diuine sapientie. secundum quod est directiua omnium actuum & motionum. hec autem ratio diuine sapientie est una. & ideo lex est una ratioes uero ydeales sunt plures in deo. sicut dicit augustinus in li. lxxxiii. questionum. quia fecit deus singula propriis rationibus. rationes enim ydeales respiciunt proprias naturas singularum rerum. & ideo in eis inuenitur quedam distinctio & pluralitas sicut diuersos respectos ad res. sed lex dicitur directiua actuum in ordine ad bonum commune. ea autem que in seipsis sunt diuersa considerantur ut unum sicut quod ordinantur ad aliquod commune. & ideo lex eterna est una que est ratio huius ordinis  
**C**irca tertium scilicet quod notio legis eterne est nobis impressa sciendum. quod aliquid potest cognosci dupliciter. uno modo in seipso. alio modo in suo effectu in quo aliqua similitudo eius inuenitur sicut aliquis non uidens solem in sua substantia cognoscit ipsum in sua irradiatione. Sic igitur dicendum quod legem eternam nullus potest cognoscere sicut quod in seipso est. nisi solum beati qui deum uident per essentiam. sed omnis creatura rationalis cognoscit ipsam sicut aliquam eius irradiationem uel maiorem uel minorem. omnis enim cognitio ueritatis est quedam irradiatio & participatio legis eterne que est ueritas incommutabilis. ut augustinus dicit in li. de uera religione. ueritatem autem omnes